

# IOANNIS CORASII<sup>273</sup>

TOLOSATIS IVRISCONSULTI IN

§. NIHIL COMMUNE. L. NATVRA  
LITER. ff. DE ACQVIREN  
DA POSSESSIONE,  
PARAPRHA

S I S.



AD INTEGERRIMVM ET AM-

PLISSIMVM VIRVM IOANNEM MAN-  
SENCALLVM, PRIMVM TOLO-  
SAE PRAESIDEM ME-  
RITISSIMVM.

241097 = 71



L V G D V N I

APVD VINCENTIVM DE POR-  
TONARIIS, DE TRIDINO.

M. D. XLVI.

AA

# INTEGRIMO ETI

AMPLISSIMO VIRO, IOANNI

MANSEN CALLO, PRIMO TOLOSAE PRAE

SIDI MERITISSIMO, IOANNES

CORASIVS IURIS

CONSULTVS

S. P. D.



Ver Modo nemo ferè tam sit auersus à iuris ciuilis studio, illustriſime preſes, qui non hanc iuris disciplinā, tam longè ab illa uetere legum Romanarum effigie disceſiſſe, dolenter admodum, & grauiter ingemiscat: mirum est tam paucos haſtenus extitiffe, in tanta doctiſimorum & prudentiſimorum hominum ubertate, qui & communem hunc omnium dolorem promptum habuerint, & pernitioſiſimam hanc Reipublice flammam, aliqua ex parte reſtinguere laborarint. Queruntur enim omnes (indignum faciūt,) actum eſſe de iure ciuili, niſi maturè occurritur. Sed cūm malunt hoc uicinum incendium depolare, quidm ſedare, fit ut quotidie, & latius inualeſcat, & uſque eco serpat, ut opprimenda flammæ facultatem expeſtare dementis fit. Atque hoc mehercule in commodum non paulo mitius eſſet, ſi boni & sapientes quiescerent, & cunctarentur tantum, & non ineptiſimi, atque indoſiſimi homines, publicam utilitatem longè maioribus praſidijs, & copijs oppugnarent, quād deſenderent eruditii. Nam quis non uidet, nouos quotidię inueniuitiſimi, & fœdiſimi commentarios, in lucem edi? Quid frequētius in librarijs iſtis officiis, quād recentes uoluminum ſolue dijs & muſis iratis natæ que proculdu- bio ſimul ſtudiorum ardorem reſtinguunt, frangunt animos, uirtutemque debilitant. ſimul ſpem melioris conuerſionis atque inclinationis penitus adiungunt. Nam neſcio quomodo indoſti, & ignari homines, mutu ad ſcribēdum impelluntur, & ipſi etiam ſua ſponte incitantur. At qui ſolidam iuris ciuiliſ atque expreſſam ſcientiam ſibi pepererunt, ſunt quodammodo tardiores, & ſcribēdi euentus accipites reformidant, neque tanto pere ingenio doctrinæque cōfidunt, quād temporibus uirtuti inimicis, diſfidunt. Paucos admodum uident iuri ciuili uehementer laboranti adiumenti plurimum, atque ornamenti attuliffe: paucioribus factum, conſiliumque ſuum bene proceſſiſſe. Certe non minus inuidiæ quād glorie, ex eo conatu fluxiſſe, ita maiore uim habet apud eos in- uidiæ metus, quād ſpes laudis atque glorie: cum fortaffe contrā bonorum & prudentum ſperata laus alliceret, atque inuitare noſtra ſtudia potius, quād barbarorum & inſipientum inuidia confilia retardare, uel inſleſte debuiffet. Nam cūm certum ſit hanc initio ſuceptam inuidiam, tum magnos Reipublice fructus allaturam, tum ijs qui eam libenter ſubierint, laudi aliquando ceſſuram: quid peruersius quād rumuſculorum popularium leuitate perterritos, immortalitatem non potius intueri? Quare tametſi ſcirem, quanti ſint illi hodie iuris Coriphæi, qui uix aliquando aſſiduis amicorum precibus flexi, munire uiam ad inſtaurandam iurisprudentiam, multis ſibi periculis propositis, ſtuduerint, non ſolum eorum eximia ingenij praſtantia, non me ab iuſtituto meo deterruit: ſed ad maturandum id, quod alioqui frigidius eram perſecuturus, inflammauit. Sic enim cogita- ham Budeum, Alciatum, Zafum, ſcripſiſſe: nō ut eorundem ſtudiorum, earundemque partium homines, à ſcribendo abduceret, atque auocarent: ſed, ut ineptis mentem conſiliumque decipiendi extorquent, ſanis autē limatioreque iudicio præditis, animos ad- derent. Nos itaque tum eorum exemplo, qui de iure ciuili bene mereri conati ſunt prouocati, tum ſtudiorum iuris periniqua conditione commoti, aliquid quoque ex riuiuili noſtri beneficio, tanquam noſtre in Remp. benevolentia pignus, in eorum uifum emanare uoluimus. Quod ſi non aſſequemur, certè laudabitur noſtrum in re tam preclarā ſtudium, preſtantiaque in Remp uolu- tas. Nos enim longè altam docendi rationem ijs clementarijs, longè fructuoforem atque expeditiorem iuueniibus ſecuti ſumus. Nam quod perturbatum, conciſum, diſfum, confragosum, apud iuris interpretes reperi, id in ordinē redigi, perpolui, uinx- xi, colligauit: ut (niſi me animus fallit) qui noſtra legerint, planiſimè hanc iuris ciuiliſ partē obſcuriſimam, ſint intellecturi, neque ea que à ceteris inornatæ, & horridè traduntur, magnopere requiſituri. Has autem lucubratiunculas tibi Preſes clariſi- mè nuncupamus, & dicamus: ut cuius ſtudio & opera, in Gallia ſuus iam uirtuti ſplendor, ſuus iuri ciuili nitor, redire coepit: ſub eiusdem nomine, hoc opuſculum ad communem omnium fructum, atque utilitatem conſcriptum, in lucem exire, atque in manibus uersari, incipiat. Quod ſi excipies ea fronte, qua munerā ex ingenio non ex arcis depropta ſoles, perficies: ut qua alacrita- te ad omnium iuuanda ſtudia ſum ingressus, ea non dubitem, alia qua paro, & molior, perpolire. Tu interim bene uale, & me ut ſoles, ſemper ama. Tolosæ, Calend. Auguſt.

Posſeſſionis  
uerbum du-  
pliciter acci-  
pitur.

LATENDA

EDAD VINCENTIA M DE TOL  
TONARIA DE TRIDING

MI. D. XI. 1511.

IN §. NIHIL COMMUNE. ff. DE ACQUIR. POS.

IOANNIS

CORASII TOLOSA

TIS IVRE CONSVL. IN  
§. Nihil commune. L. Na-  
turaliter. ff. De acqui-  
renda possessione.

Paraphra-  
sis.

- 1 Possessionis uerbum, dupliciter accipitur.
- 2 Possessio definitio.
- 3 An sit iuris uel facti.
- 4 Alciati consideratio subuersa.
- 5 Possessio unde dicta.
- 6 Possessionis an sint due species.
- 7 Commoda possessionis.
- 8 A' possessorio an appelleatur.
- 9 Dominium, quid sit.
- 10 Quid proprietas.
- 11 Actor afferens se dominum, probans utile, an uincat.
- 12 Petitorium, et Possessorium, quid sit.
- 13 Possessorium iudicium triplex.
- 14 Possessorum an in præstationibus personalibus reperiatur.

ANTELV DIA.

Possessionis  
uerbum du-  
pliciter acci-  
pitur.

**B**E NE est priusquam ad verbo rum interpretationem perueniamus, pauca de significatione tituli referre. Quoniam igitur de possessione, & illius acquisitione, & titulus inscribitur, & §. nostri loquitur, † sciendū est possessionem (cuius causa authore Vlpiano frequentissima est. l. fulcinus. §. cum hoc. ff. quib. ex cau. in pos. ea.) dupliciter accipi, & vtrunque Latinè. Interdum enim rem ipsam seu corpus, ut agrum, fundum, prædiū, & sic rei proprietate significat. l. Imperatores. ff. de serui. rusti. præd. l. medicus. ff. de var. & extraord. cogni. l. viæ sternenda. ff. de priuileg. vetera. l. filij. §. fi. ff. ad municipia. l. interdū. ff. de verbo. sig. l. ij. C. de prob. l. possessiones. C. si quis ignorans rem minor. sine descr. comp. l. cùm res. C. de contrah. emp. c. ex literis. de cōsue. c. cùm venissent. de eo qui mitt. in posses. c. cùm ad sedem. de resti. spolia. c. quoniam frequenter. §. fi. ut lit. non conte. c. cōsultationib. de offici. deleg. c. officiū. de peni. & remis. c. possessiones. xvj. q. Et possessiones (inquit Festus) agris sunt latè patētes, publici priuatiq: quia non mancipatio, sed visu tenebātur, & uti quisq: occupauerat, possebat. Ideo Mathei. xix. cùm à Christo Iesu adolescens admoneretur, vt si vellet perfectus esse, quæcumq: habebat vendret, daretq: pauperibus. Audiens verbum

hoc adolescens tristis abiit. Erat enim (inquit apostolus) multas habens possessio-nes. Ex Cicerone hoc etiam cōncere licet, in Paradoxis. Callidi (inquit) æstimator-es prata, & areas magni æstimant, quod ei generi possessionum à nemine noceri potest. Et in Oratione pro Cecinna. Et enim cui perspicuum non sit ad incertum reuocari bona, fortunas possessiones omniū. Quamobrem nō semel decisa est frequens illa quæstio de eo, qui testamēto possessiones suas legasset, vt non tantum possidendi commodum, sed rei proprieta tem legasse intelligatur. l. interdum. ff. de verb. signi. fa. l. locorum. de omni agro de ser. lib. xj. C. Accipitur secūdo possessio, pro iure retinendi seu conseruandi illud corpus. Bal. in l. ij. col. ij. C. si à non cōpe. iudi. Et hanc etiā peritissimi ausi non fuerunt definire, vt Accur. testatur in l. stipulatio ista, habere licere. §. hæc quoque. ff. de verb. obl. Sed hic timor vñq: ad tempora Ioann. & Accur. perdurauit. Ex lectio ne nempe eorum, aliorumq: qui post eos scripsérūt datas esse supra quindecim definições comperies, quarū nullam præter cōmunem referam. † Ea est definitio Ioan. Possessio est ius insistendi, aut retinendi rei. Quod autē addi solet, non prohibitæ possideri. Additio est Barto. quam eti posteriores sequuti sunt: ipse semper non necessariam existimauit. Circa autem alias definitiones, non vos diutius remorabor. Neq: enim (vt Cicero pro Cecinna ait) quicquā opus est verbis, cùm ea res, cuius causa verba quæsita sunt, intelligitur. Et alibi: Cū intelligitur quid significetur minus laborandū est de nomine. Cice. in Top. † Planè, cū hæc definitio supponere videatur possessionem iuris esse, tra-ctemus an verum sit. Et crebrius receptū est possessionem iuris esse. l. peregrē. ff. de acq. possel. l. si ea res. §. fin. ff. de act. emp. l. homo liber. §. fi. ff. acquirē. rer. do. l. non ideo minus. C. de libe. cau. l. nemo. C. de acquirē. possel. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. Idq: præter tex. ratio-ribus viuacissimis confirmatur. Prima, Quoniam sicut se habet contractus ad obli-gationē, ita ingressus fundi ad possessio-nem. l. quāuis saltus. ff. de acquir. pos. Cō tractus autem licet facti sint. l. consilio. §. fina. ff. de curato. furio. producunt tamen obligationē, quæ iuris est. l. licet. §. ea ob-ligatio. ff. de procu. §. j. de obliga. insti. ita actus ille ingrediendi & possessionem ap-prehendendi, licet facti sit, vñ ad sensum

275

Possessionis  
definitio.

Possessio an-  
fit iuris uel  
facti.

A A 2 patet:

patet: possessio tamen ex illo ingressu producta est iuris. Secunda ratio. Quæ iuris sunt in seruum non cadunt. I. quod attinet. ff. de regul. iur. Sed ea quæ facti sic. §. sed cum factum, de stipul. seruo. in insti. Possessio autem non cadit in seruo. I. stipulatio ista. §. haec quoque. ff. de verb. oblig. Quod intelligo ut sibi possideat. Nam domino propriè possidet. I. j. §. item acquirimus. vbi Barto. in tertia opposi. ff. de acquiren. posses. Tertia ratio. Per liberam per sonam possessio ignorati quæritur. I. j. C. de acquir. posses. Igitur iuris est, quoniam quæ facti sunt ignorantibus nequaquam quæruntur. Iis optime confirmatam vides cōmūnem opinationē, quæ possessionem iuris esse censet. Proinde etiam traditum est, ut si supremus Pontifex causam alicui delegauerit, ut de p̄prietate, & iure sacerdotij cognoscat, de possessione, cum iuris sit, cognoscere dubio, p̄cul poterit. Innoc. in c. episcopi. de reb. eccl. non alie. Spec. in titu. de rescript. præsentatione. §. ratione formæ. col. ij. Bald. in l. iubemus. §. sa. nè. in fin. per illum tex. C. de sacr. san. eccl. & in l. si de propriet. col. vlti. C. si à non compe. iudi. & in l. si mulier. §. qui in possessionē. ff. quod met. caus. & in l. j. ff. de consti. princip. Fely. in rubri. de rescript. col. ij. Aliud etiā ex prædictis tradi solet. Quod si à summo Pontifice clero concessum sit, ut de quæsitis ex iuribus sacerdotiorū (quæ nos parū latine beneficia ecclæsiastica dicimus,) testari possit, non modo de fructibus, sed & de pēsonib⁹ quæsitis ex possessione seu prædijs beneficio- rū testabitur, cum possessio iuris sit. Alexan. consi. xv. vol. ij. Infertur tertio. Quod si actor in libello rē ad se pertinere dicat, ratione iuris, quod in illa habet, si de possessione postea tantummodo proberet, nihil minus debet obtinere, cum possessio iuris sit. Claud. Seyellius in l. j. colum. ij. ff. de acquirē. posses. Infertur quarto, quod subrogatus in item & ius quod cōpetebat defuncto: censetur ad possessionē cū iuris sit subrogatus, etiam si in gratia nihil exprimatur. Rot. decis. lxij. in no. Cæterū, quod nō iuris sed facti sit possessio, permulti textus cum primis vrgent. I. j. §. si vir. & l. possessionē pupillū. ff. de acquirē. posses. I. deniq. ff. ex qui. cau. maior. I. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. esse iuss. fuer. & l. bonafidei. ff. de acqr. rerū do. Ratio præterea nequaquam contēnenda. Nam cū tria possessionis essentialia facti sint, Corpus, Animus, & res ipsa. Quo pacto fieri po-

test, vt possessio, quæ ex illis creatur iuris sit. Nam quod corpus facti sit, ad sensum patet, & nemo negauerit. De animo, est tex. in l. bonafidei. §. penul. ff. de acqui. re. do. quæ in eā sententiā annotauit Bar. in l. si is qui pro emptore. col. v. ff. de vsuc. & si non desunt, qui eū tex. nō intelligentes, id ex eo nequaquam probari suadeant. De re ipsa hoc plusquam manifestū est. Deniq. hāc sententiā Iaboleni constitutio exp̄sim probare videtur. Cū hāredes (inquit) instituti sum⁹, adita hāreditate omnia qui dē iura ad nos trāseunt, possessio autem nisi naturaliter cōprehensa sit, ad nos nō pertinet. I. cū hāredes. ff. de acq. pos. Non est ergo iuris, sed facti possessio, cū nō, quæ admodum iura, transeat. Et huic opinioni ego aliquādo sum adstipulatus. Nunc tamen verissima mihi videſ cōmūnis, quod iuris sit possessio. Nec enim cōsideram possessionē ut in esse producit, sed vt est in esse p̄ducta. Bart. in l. j. col. ij. ff. de acq. posses. Et non quærimus de actu illo corporali insistendi, quærendi, seu apprehendendi possessionē, vel de vsu rei à iure separato, q̄ facti est. I. quæstio. ff. de verb. sig. l. nec vtile. ff. ex qb. caus. maio. Et ita interpretādæ sunt leges, quas paulò antē citauimus, aliaeque, si quæ sint dicētes possessionē facti esse. Sed quærimus vtrū postquam possessio creata est, cū pro illa corporali apprehensione cōseruanda, retinēda & defendēda ius causatū sit, quod possessio appellat, an, inquam, tunc iuris sit possessio. Barto. in l. j. §. si vir. ff. de acq. pos. Et tunc nemo eā iuris esse negauerit, cū hoc expressè tex. quæ nemo interpretū citat, voluerit in l. ab executione. ibi: iure fundi. C. quo. app. nō recip. Nec est absurdum, vt omnia, quæ possessionem creat, facti sint, possessio autem iuris. Quēadmodū neque incōueniēt, vt obligatio iuris sit. §. j. de oblig. cū tamē verba, tractatus, consensus, & cōtractus, ex quibus enascitur, sint facti. I. cōsilio. ff. de cura. furio. Nam & asina multū parit. Cōfirmat autem cōmūnē opinationē. d. l. cū hāredes. tantū abest, vt illi aduerterit. Namque vult omnia iura possessio ne excepta ad hāredes sola aditione trāsire. Ergo possessio iuris est. Nam exceptio de regula esse debet. I. nā quod liquida. §. si. ff. de penū lega. Ad hāc non me mouent quæ Alcia. vir memoria nostra in ciuili philosophia celebrat, scripsit, in l. que stio. ff. de verb. sig. & in l. qnæ pedū. col. xiiij. C. fini. reg. ridēs eos, & summē ridiculos appellās, q̄ acquisitionē, retentionē, & amissi-

Quatuor pa-  
pulchra il-  
laciones.

Altera illa-  
tio.

Tertia illa-  
tio.

Defendit  
cōmūnis o-  
pinio.

Possessio un-  
de dicta.

Ratio Bal.

Explicata l.  
cū hāredes.

Ratio Paul.  
Castræ.

Ratio Azo.

Considera-  
tiones Al-  
ciat. explosa.

amissionem possessionis distinguunt, cùm hi actus manifestè ab ipsa possessione differant, quemadmodum natiuitas, vita, & mors hominis ab homine differunt, nec qui nascendo homo fuit, moriendo est asinus, ne dicamus quæsitam à principio substantiā amitti, nec in ea qualitate rem persistere, quā prima origine assumpsit. Nam non tam inepti fuerunt doctores, vt nihil cōstiterent discriminis inter acquisitionem retentionemq; rei, & rem ipsam. Sed quia à plerisq; confundebantur hæc omnia possessionem pro actu quærendi & retinendi accipientes, de industria distinxerunt, & aptissimè separauerunt. At cùm absurdum putat Alcia. rem cùm producitur & retinetur, diuersam esse ab eadē cùm producta est. Verū est substantia: at natura & qualitate, nemo est, qui non videat ingens esse discrimen. Alia est quippe fœtus in utero natura, alia infantis in cunabulis, & alia hominis perfecti. Sic non videri debet Alciat. alienū si quo tempore possessio quæratur, (cùm maxime actum illum quærendi & retinendi consideramus,) facti sit, & in esse perducta, iuris. Nam & stipulatio cùm producitur, facti est. I.v. §. stipulatio. ff. de ver. obl. In esse vero producta, iuris. I. si unus. §. pactus nē peteret. ff. de pactis. Porro † possessio à pedibus appellata est, quasi pedum positio. I. j. ff. de acq. pos. Cur autem à pedibus potius, quam ab alia corporis parte, tres à docentibus rationes afferruntur. Prima Bal. fuit, quia pedes sunt totius corporis firmum sustentaculum ad reliquum corpus, tanquā bases ad columnas, (quæ in aëre stare non possunt, se habentes. Quæ ratio & si ab aliquibus mordetur, propterea quod etiam manu, oculis, aspectu, queramus possessionem. I. j. §. j. & §. si iusserim. ff. de acq. pos. defendi tamen potest, ideo potius à pedibus nomen despississe, quod magis, imò semp sint necessarij ad apprehensionem possessionis, quod non est in oculis, aut manibus. Altera est ratio Pau. Cast. quoniam quæ pedibus quæritur possessio, dignior: est quandoquidem pedibus immobilium rerū possessio quæratur, manibus autem mobilium duntaxat, quarū possessio vilis est, & abiecta. I. rem quæ nobis. ff. de acq. pos. Tertia fuit ratio Azo. vt dicat possessio à pedibus: quia ab illis processerit origo possessionis. Quod enim calcabat pes tuus, tuū erat, iure primæuo. Quam rationem recentiores subuertere conantur. Quoniam non conueniat possessioni mobilium. Ideo ra-

tionem Bal. sequuntur. Ego tamē si aliud non obstat, Azo. rationem meliorem cederem cæteris. Neque obstat, quod de rerum mobiliū possessione obicitur. Quoniam æquius fuit, vt à rerum immobilium causa tanquam digniori quam à vili rerū mobilium possessio nomen caperet. Cæterum Alciat. lib. dispunc. j. cap. j. vulgarem lectionem in d. I. j. ff. de acquir. pos. depravatam esse affirmat, atq; sic esse legendum vetustissimi codicis frētus autoritate censem, possessio appellata est à sedibus, & (vt Labeo ait) quasi positio sedium. Quia naturaliter tenetur ab eo, qui insitit, neque hoc verbum possessio quicquam communne habet cum pedib⁹, sed potius cùm hoc verbo sedeo, à quo verbum possidere, & cætera similia, vt assidere, considere, residere, dissidere, formātur. Quapropter vanā & inanis redditur scribentium disputatio precedingens, cùm futiliter certat, cur potius à pedibus, quam ab alia corporis par-

Opin. Alcia.

An plures  
sint species  
possessionis.

6 te nomen despissferit. † Quotuplex autem sit possessio apud doctores adeò ambiguum & inextricabile fuit, vt vix certa doctrina ex eorum dictis colligi possit. Nam alij, vt Ioā. Accurs. & Dy. duplē esse possessionis speciem dixerunt. Naturalis, quæ animo & corpore acquiritur, & retinetur: Civilis quæ animo conseruatur, per I. qui legatorum. §. quod vulgo. ff. pro hæred. I. j. §. deiicitur. ff. de vi & viarma. I. iij. §. fi. ff. ad exhiben. & I. pupillus. ff. de acqui. re. do. Et hæc est communis sententia cui assentitur Bal. in c. cæterū. col. vj. de iudic. cùm docet duplē esse possessionem, alteram, per quam homo est in possessione, & ista dicitur naturalis: alteram, quæ est in ipso homine, & hæc civilis est. Eam etiam non parum iuuat I. clam possidere. §. qui ad nundinas. iuncta I. iij. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. vbi qui absente domino possessionem ingreditur, possessio nanciscitur, absens quoq; dominus possessionem retinet. Igitur duæ sunt possessiones, quandoquidem eadem possessione si mul eodemq; tempore possidere nequeant. I. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cōmod. Alij vero trīplē esse possessionis speciem docuerunt, ciuilem quæ retinetur animo, naturalem quæ corpore, quā etiam habent usufructarius, & similes personæ. I. naturaliter. in princ. ff. de acqui. pos. & corporalem, quam querit ingressus possessionē domino absente. I. si id quod. §. fi. ff. de acquir. pos. Bart. in I. vnic. §. fin. C. vti pos. Bar. & Rom. in d. I. j. ff. de acqui. pos.

Opin. Bart.

Naturalis,

Corporalis.

Possessio un  
de dicta.

Ratio Bal.

Ratio Paul.  
Castræ.

Ratio Azo.

ndit  
nis e

cata l.  
eredes.

fideras  
Al-  
xplosa

Civiliſima  
poſſeſſio.

Opin. Azo.

Probatur A  
zo. ſentētia.

Petr. Ancha. in c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. Alij verò addunt quartam, scilicet ciuilissimam, quæ legis municipalis, aut consuetudinis, ministerio sine villa apprehensione queritur. Bald. in l. fi. colum. ij. C. de sacroſanc. eccl. dicens de hac ſpecie poſſeſſionis eſſe vnicum text. in mundo, in c. ex literis. de conſuetu. quam etiam alibi idem Bald. artificialel dicit in rubri. de cau. poſſeſſ. & proprie. Azo verò vnam tantum eſſe poſſeſſionem, scilicet naturalem, quæ interdum per legis approbationem ciuilis appellatur, existimauit. Accur. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculū. ff. cō mod. & in l. licet. H. de acquir. pos. Nam & iurisconsultus, in ſumma (inquit) vnum genus eſt poſſidendi. l. iij. §. genera. ff. de acquir. pos. Quod autem legiſtae dicunt ge u, dialectici ſpecie appellant, & quòd nos ſpeciem, ipſi indiuiduum. Bartol. in l. legato generaliter. ff. de lega. j. & in l. ij. §. mutui datio. ff. de rebus credi. & in l. Meuius. §. duobus. ff. de legat. ij. Adde quod alibi iurisconsultus eandem eſſe poſſeſſionem, quæ animo retinetur cum ea quæ corpore, tradere videtur, cùm inquit: Ademisti enim poſſeſſionem, quam animo retinebat, eti non corpore. l. j. §. ſiue autem. ff. de vi & vi arma. denique ſi duæ eſſent poſſeſſiones ſpecie differentes, vnuſ vnam, & alter alteram habere poſſet, ſicq; eadē res à diuersis poſſideretur contra l. iij. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ. Contra naturam quippe eſt, vt, cùm aliquid ego teneā, tu quoque id tenere videar. Non enim (inquit illic Iul. Paulus Iurisconsultus,) vna poſſeſſio magis apud duos eſte poſſet, quām vt tu ſtare videar in eodem loco, in quo ego ſto, vel in quo ego ſedeo, tu ſedere videar. Et hanc Azo. opinione ego amplector, firmiterq; teneo, vna tantum eſſe poſſeſſionem, scilicet naturalem: quæ per approbationem legis, interdum ciuilis dicitur, non quòd ſpecie diſſerant, quāquam illi à lege ciuili noua forma & qualitas detur. Qualitates nempe accidentales rem ſpecie non faciunt diſſere. Accurs. in l. fin. §. quoties. ff. de publ. & in §. fin. de iure perso. quemadmodum in homine videre licet, qui quāuis infantia te pote hebes, & obtusus ſit, ingruente tamē ætate ſit doctus & prudens, ſicq; ei noua qualitas adiicitur, quæ tamen non facit, ut ſpecie diuersus ſit ab eo, qui erat infantia tempore. Iis consentit Alciat. in l. quinq; pedum. dum ſcribit poſſeſſionem naturalem facti eſſe, ciuilem verò iuris: nō quòd

diuersę ſint omnino ſpecies, ſed quòd qualitas ciuilis interpretationis, ipſi naturali accedens, facit, vt ciuilis nomen accipiat. Conclude ergo vnam tantum eſſe poſſeſſionem, diuersos tamen modos poſſiden- di, dicta l. iij. §. genera. ff. de acquir. poſſeſſione. Alter enim quia emiſt, poſſidet pro emptore: alter quia ei donatū eſt, pro donato, alijs pro hærede: alijs etiam corpore: alijs animo: non quòd iij modi conſtituant inter ſe ſubſtantiales diſſerentias, ſicut etiam omnes vna morte perimus, quāquam diuersis modis. Nam alijs gladio confodiuntur, & trucidantur, alijs naufragio pereunt, alijs veneno necātur, alijs igne concremantur: vt eleganter & docte, de more ſuo Horatius in Odis deſcribit.

Impetrantes  
officia.

Sed omneis una manet mors,  
Et calcanda ſemel uia leti.  
Dant alios Furie, toruo ſpētacula Marti,  
Exitio eſt audis mare nautis.  
Mifta ſenum, ac iuuenum densantur funera,  
Seua caput Proſerpina fugit.  
Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis  
Illyricis Notus obruit undis.

Comoda poſſeſſionis.

*ſpētacula*  
*Xo. ſi tress*

7 Cùm autem longè commodius ſit poſſide- re, quām petere. §. retinendæ. de inter- diſt. Ideoq; Accursius eos qui tenent, & poſſident beatos appellauerit in §. ſi tres uel plures. de pace tenenda & eius violat. in Feud. Qui ſint fructus, quāve com- modia poſſeſſionis, breuiter attingamus. Et perplura Accursius & Baldus in c. j. de contentio. inter dominum & fidel. de inueſtit. feud. in Feud. cæteriq; doctores in locis communib; congeſſerunt. Horum illud primum eſt. Quia cùm poſſeſſio aduersariū actorē faciat. l. j. C. de alie- natione iudic. mutandi cauſa fact. actore non probante qui poſſidet, obtinebit. di- cto §. retinendæ. & c. ſapè. de reſtituſione ſpoliatorum. Ad quę videndi ſunt ſcripto- res in l. qui accuſare. C. de edendo. & in c. vnic. poſt gloſ. vt ecclesiastica beneficia. Secundus fructus poſſeſſionis eſt: quia in pari cauſa pro poſſeſſore iudicari ſolet. c. ſi à ſede. de præbendis, in ſexto. c. in pa- ri. de regulis iuriſ, eodem libro. Proinde ſingulariter Bartolus in l. j. §. non autem. ff. de bonorum poſſeſſione ſecundum ta- bulas. docet quod ſi producantur duo teſtamenta eodem die confecta, qui in alte- ro hæres ſcriptus poſſidet, anteponendus eſt. Debet quippe probare actor teſta- mentum ſuum posterius factum eſſe, qui non probans ſuccumbit. l. eum actum. vbi Accursius. ff. de negotijs gestis. l. non ſolum.

Poſſideſ quā-  
do preſuma-  
tur dominus

## IN §. NIHIL COMMUNE. ff. DE ACQUIR. POS.

273

Impetrantes  
officia.

solum. §. sed ut probari. ff. de noui ope-  
nunciatione. l. si matrem. C. de probatio-  
nibus. Adde quod Baldus in cap. capi-  
tulum sanctae crucis. de rescriptis, do-  
cuit. Si duo ( inquit ) impetraverunt à  
Papa, vel Rege idem officium, neuter  
debet admitti, quod si alter possideat,  
pro illo erit iudicandum. Eò nempe  
quod possidet, plus iuris habere intelli-  
gitur. l. in fine. ff. vti posside. Sed neque  
illud omittendum est, quod Glos. sing. in  
capit. nulli. xij. q. v. prodidit, si Rector ec-  
clesiae decebat, queratur, an quæsita sint  
ex clerici patrimonio, vel redditibus ecclie-  
siæ, pro eo præsumi, qui est in possessione.  
Proinde consanguineus possidens, ecclie-  
siæ est præferendus. Sequitur Barbatius  
plura de more aceruatim cumulans consi.  
xxij. colum. penult. volu. j. Adde præcla-  
ram Bartol. decisionem in l. si inter. ff. de  
reb. dub. Tertium commodum est, quia  
grauat onere probandi aduersarii. l. circa.  
ff. de probat. l. liberis. §. finali. ff. de liberali  
caus. l. ob maritorum. C. ne vxor pro ma-  
rito. Quid autem sit in quasi possessione,  
videndus est Bartol. quicq; post eum scri-  
pserunt, in l. si prius. colum. viij. ff. de noui  
oper. nuncia. Communis conclusio est, vt  
quasi possessio allicuius iuris, releuet quæ  
ab onere probandi. Proinde si quis est in  
quasi possessione ingenuitatis, & ego eum  
contendam seruū meum, teneor probare.  
d. l. circa. quod intellige, si ea quasi posses-  
sio, bona fide habita sit, secus si mala. l. igi-  
tur. §. potest. ff. de liber. caus. l. eā quæ. vbi  
Bald. C. illo titu. Quarta utilitas est, quia  
duobus habentibus causam ab uno, qui  
possidet, aut is, cui prius res tradita est,  
prefertur. l. si ea res. §. fin. ff. de actio. emp.  
l. siue autem. §. si duobus. ff. de publica. l.  
quoties. C. de rei vendi. quod in spirituali-  
bus nō obtinet, in matrimonij puta. Quo-  
niā si quis vxores duas per verba præsen-  
tis tēporis despontauerit, prima vera vxor  
est, quāuis non prima, sed secunda cognita  
sit. c. si. de spon. duo. Nuptias etenim non  
concubitus, sed consensus facit. l. nuptias.  
ff. de regu. iur. Idē in sacerdotijs ( quæ nos,  
quamadmodū non semel admonui, bar-  
bare beneficia appellamus:) pluribus q̄p-  
pe impetrantibus in eadē ecclesia, regula-  
re est, vt prior impetrans præferatur. cap.  
capitulum. vbi fusè Felynus de rescriptis.  
Quintus fructus est, quia possidens præ-  
sumitur dominus. l. sicuti. §. sed & si quæ-  
ratur. vbi Accursi. ff. si seruit. vendicit. l. j.  
ff. famil. ercis. & ex possessione sacerdotiij

præsumitur titulus. clem. j. vt lit. penden.  
Hūc autem fructum intelligo, si dominiū  
deducatur in iudicio incidenter. Secus si  
principaliter, quia agatur rei vendicatio-  
ne. Quoniā tunc debet probari directo de  
iure gentium, vel ciuili. l. in rem. ff. de rei  
vendica. l. ita vt si fur. vbi Accursi. ff. com-  
mod. Accursi. in l. cum res. C. de probat.  
Hæc vera esse declarant illic doct. præler-  
tim Salyc. si dominium deducatur in iudi-  
cio principaliter agendo, nam si excipien-  
do, siquidem ante intentionem actoris fun-  
datam possessor præsumitur dominus. l.  
ij. C. ne vxor pro marit. Cæterū post in-  
tentionem actoris fundatam, non sufficit  
ad probandum dominium exceptum pro  
bare solam possessionē. l. siue posside. is.  
C. de probat. Sextum commodum posses-  
sionis est, quoniā si res immobiles pos-  
sideātur, tollit suspicio fugæ, & releuatur  
quis ab onere satisfādi, vt iudicio sistat. l.  
sciendū. in princip. ff. qui satis. cogā. Septi-  
mum, quia possessor pignoris habet ius  
offerēdi. l. Paulus. §. qui pignoris. ff. quib.  
mod. pig. vel hyp. solui. Octauū, quia ex  
possessione causatur vsu capiēdi cōditio. l.  
qui fundū. in princ. ff. pro empt. quæ absq;  
possessione nō procedit. c. sine possessio-  
ne. de reg. iuris. in vij. ex quo in consequen-  
tiā per possessionē queritur dominium.  
l. traditionibus. C. de pact. Interpretantur  
tamen doct. hoc procedere quando ciuilis  
possession, vel vtracq; interuenit: nam sola  
naturalis, ad præscriptionē non sufficeret.  
l. acquiritur. §. fin. ff. de acqui. rer. domi. tu  
vide fusissimæ Bart. Alex. Ias. & reliquos  
in l. ij. §. ex cōtrario. ff. de acq. posse. No-  
num cōmodum est, quia ex diuturna, seu  
longa possessione, præsumitur requisita so-  
lēnitas interuenisse. Accursi. in l. si maior.  
C. cōmuni diui. quæ vult, quod si fratres  
pro diuisio bona per longū tēpus possede-  
rint, licet nō appareat de aliqua diuisione  
inter eos facta: tamen præsumitur. Prose-  
quuntur scribentes in l. sciendū. ff. de ver.  
oblig. Non dissimile est, quod Innoc. Pa-  
nor. & cæteri in c. illud. de præsumpt. do-  
cēt ex diuturna possessione sacerdotiij præ-  
sumi quæ legitimē institutū. Imo hodie fa-  
ctā constitutionē videmus, quæ de pacifi-  
cis possessoribus decretum vulgo dicitur,  
quia per trienniū quicq; sacerdotiū pos-  
sederit, non potest neq; in petitorio, neq;  
possessorio molestari. Quæ cōstitutio tam  
in concordat. quam in Prag. inserta est,  
quam etiā in regul. cancellariæ xvij. † Iis  
nōnulli non omnino male inferūt aduer-

Divisio in  
ter fratres  
quādoq; præ  
sumitur.Possidēs quā  
do præsuma-  
tur dominus

A posse  
suo an  
appel  
letur.

Opinio con  
tra alios pa  
bata.

sum omnium sententiā, tam de iure Pontificio, quam ciuili. A sententiā lata sup possessorio appellari, de iure Pontificio expeditem est. Glo. in c. cū ad sedē. de resti. spo. Glo. in c. fi. §. de possessione. ij. q. vi. et in cle. vni. de seques. posses. & fru. De iure verò ciuili ex comuni doctorū sententiā, se cus. Bart. & alijs in l. ij. ff. de app. recip. p. d. §. de possessione, & l. vni. C. si de moment. pos. Et quia iudicij possessorij est modici præjudicij. d. l. vni. & l. momentaria. C. q. leg. perso. stā. in iudi. habe. Bart. in l. admo nedi. col. pe. ff. de iureiurā. Sed hoc ex præ dictis tollit, cū vti vidistis maxima sint cōmoda possessionis. Ideo causam possessio nis nō parui præjudicij. Bart. varians dixit hoc loco. col. pen. idq; ego sequor per tex. in l. j. C. quorū honorū. iuncta l. Lucius. ff. de condi. & demonstr. & sanè intelligo si de perdenda possessione tractetur. Quo niā si de exhibenda leuis eam esse præjudicij non diffiteor. Baldus in l. consentaneum. colum. ij. C. quomo. & quand. iud. Iis ergo meo periculo tenebis, et si alijs re pugnant, a sententiā lata super possessione etiam iure ciuili prouocari posse. Nam (ut Imperator inquit) & in maioribus, & in minoribus negotijs appellādi facultas est. l. & in maioribus. C. de appell. & in omni causa est permitta appellatio, nisi expres sim prohibita reperiatur. Accursi. in l. qui restituere. ff. de rei vendi. præterea si appellare licet in possessorio ratione ordinis o missi l. j. C. de appell. cur non ratione ini quitatis sententiār. Nec dixeris (vt pleriq; dicunt) sententiam latam super possessio ne esse interlocutoriam, à qua ciuili iure non prouocatur. l. ante sententiam. C. quo appell. non recip. Quoniam falsum est eo rum suppositum, quandoquidem non interlocutoria sed diffinitiuā sit sententia su per possessione lata. c. fin. de iudi. cle. j. de sequestr. posses. & fruct. Accursi. in l. quod iussit. ff. de re iudic. Accursi. in d. l. vnic. C. si de momenta. posses. Bart. in l. ij. ff. quor. appella. non recipi. Accursi. & Bartol. in l. post sententiam. C. de senten. tum quod non nisi libello, & lite cōtestata præcedēti bus feratur. l. fi. C. si per vim vel alio mod. tum quod eius instan. duret triēnio. l. pro perandum. C. de iud. quod nō esset, inquit Bal. in d. l. vni. si interlocutoria foret, modò tamē principaliter causa possessorij fue rit intētata, nō per viā exceptionis inciden ter proposita. c. ij. de ordi. cog. c. cū venis sent. de institu. Et quod dicitur in c. ei qui. §. de possessione. ij. q. vij. eā esse interlocu

toriā, additū fuit ex cerebro, & capite Gra tiani, qui legis cōdendæ non habuit pot estatē. Quinimo eius dicta sicut alterius doctoris quotidie reprobanū. Archid. & Pan or. in c. ij. col. fi. de rescrip. & alijs in locis cōmunib; annotauerūt. Præterea & cō cesso quod interlocutoria esset, adhuc cō tendi potest appellari posse, cum propter difficultatē probandi dominiū, apta sit pa rere, præjudicij irreparabile in diffinitiuā. c. sāpē. de rest. spo. Quo casu per manus traditū est iure ciuili etiā ab interlocutoria appellari. l. ij. vbi Barto. ff. de appell. recip. Prædictis autē non obstat d. l. vni. C. si de momen. poss. quoniā tex. ille non dicit à possessionis sententiā nō appellari, sed ap pellationem non impedire executionem. Bart. in l. ij. ff. de appell. recip. Bal. in l. ij. C. de episco. audien. Archi. in §. de possesso ne. alleg. & hic sensus ad eum tex. mea sen tētia verior est, quanquā Bald. sibi ipsi ad uersans in ea. l. vnic. eū falsum adfirmet. Simile est in supplicatione aduersus sente tias Præfect. Prætor. quæ executionē non impedit. authē. quæ supplicatio. C. de præ cib. Imp. offer. propterea lata sententiā sup possessorio maximē recuperādæ iudex ad quē appellatur, nō debet impedire execu tionē talis reintegrationis, nec concedere literas inhibitorias. Guid. Pap. q. xxxvij.

¶ Tempestiuū autem est, vt quid sit domi nium, quid sit item proprietas, videamus. Nec enim quid sit proprietas, nisi prius quid sit dominium, facile est intelligere. Dominium, vt primum repetamus, nihil aliud est quam ius, quo res mea est. Bal. in l. ij. colum. ij. C. si à non compet. iudic. aut si maius definire cum Bartol. est ius de re corporali perfecte disponendi, nisi lege prohibeatur. Bartol. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. posses. Anchar. in c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. Cui adstipulari videt Bal. in l. fœminæ. §. illud C. de secund. nupt. cūm docet dominium absolute dictum nihil aliud esse, quam ple nam proprietatem cum alienandi poten tia, p. illū text. refertq; se de hoc à domino Papa, aliquando fuisse interrogatum. Id autem duplex est: nā aliud directū, quod verum proprium, & principale dominii est. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dā. infect. authen. si vero dominus. de hæret. C. Aliud est vtile. Hoc autem familiari ter docentes subdiuidunt. Quoniam aliud est recognoscens directū, quale habet emphiteutæ vassalli, & superficiarj. l. j. §. fi. ff. si ager vect. vel emphi. l. j. §. quod autē ff. de

Intellect. l.  
unic. si de mo  
menta . pos  
ses. C.

Declarata  
obscura. Ac  
curuerba.

Proprietas  
quid sit.

Dominium  
quid sit.

Dominij di  
uisio.

Damnata o  
pinio Bart.

Aliud domi  
niū aliud p  
rietas.

ff. de superficie. Quoddam verò est, quod opponitur, aduersari, & cōtradicit directo, & hoc est, quod quæritur ex præscriptione, ex qua secundum crebrā doctorum opinionē, quæritur utile dūtaxat dominium. Bar. in l. ij. ff. de usucap. Accurs. Barto. & ceteri in in authen. nisi tricennale. C. de bono. mater. exceptis casibus nouem, quibus directum etiam quæritur, quos Felyn. congerit in rubric. extra de præscrip. Dicitur autem aduersari directo, quoniā si directus dominus agat, usucaptionis exceptione depelletur. I. si quis emptionis. C. de præscriptio. xxx. vel xl. annorum. Et hoc est, quod sub obscuris admodum verbis tradit Accurs. in l. si ædes. §. fina. ff. de servitu. vrba. prædio. & in l. ij. §. ex pluribus. ff. de acquirē. posses. dum ait utile dominium quæsitum ex præscriptione, occidere directum, hoc est, impedire. Nam sic ea dictio, occidit, interpretanda est, id est, impedit, non autem quod in totum extinguit. Quoniam si res usucpta deueniat ad manus tertij, directus dominus directi dominij ratione adhuc in rerum natura existentis, poterit suam rem ab illo tertio vendicare, deinde si res usucpta ad directum dominum reddiret, qui uscepit, non posset ab eo illam vendicare. d. l. si

Proprietas<sup>10</sup> quis emptionis. + Sanè cùm quid sit dominium intelligas, facile nunc quid sit proprietas cognoscet, si eorum maximè opinioni adnitaris, qui dominij, & proprietatem idem esse censem: in quam sententia decessisse videntur Barto. & Ioan. Plat. in l. locorū. de omni agro deserto, lib. xj. C. Bal. in l. proprietatis. C. de proba. Panor. in c. j. de caus. posses. & proprie. & in ca. cùm ad monasterium. ij. notab. de stat. monachorum. per l. j. §. huius autem. ff. vti possidetis. & l. cùm satis. de agri. & censi. lib. xj. C. Ad quorum sententiae confirmationem ego alias citabam. Tex. in l. incerti. C. de interdic. ubi quod initio Imperator proprietatem dixerat, postea dominium appellat. & text. in l. ordinarij. C. de rei vedi. text. in l. si usumfructum. ubi Accurs. ff. de libe. caus. Ceterum haec opinio manifeste falsa est. l. si procurator. ff. de acquererū dom. ubi inter dominium, & proprietatem intericitur copula &, cuius natura est, ut inter diuersa ponatur. Accurs. in rubri. ff. de iur. & facti igno. glos. in ca. que relam. de simo. Confutatur deinde haec opinio per l. proprietatis dominium. C. de proba. Nam si idem esset dominium & proprietas, ineptissima esset illuc locutio

Damnata o-  
pinio Bart.

Aliud domi-  
nū aliud p-  
rietas.

Imperatoris dicentis, proprietatis dominium. Perinde enim esset, atq; si dixisset, dominij dominium, quod ridiculum est. Deniq; ego præter alios solitus sum eam sententiam confutare per textum in l. si ita legatus. §. dominus proprietatis. ff. de usu & habit. Vera ergo inter proprietatem, & dominium differētia est. Quia dominium terminus magis latus, comprehendit directum, & utile à directo separatum. Proprietatis autem significatio nuda est, & stricta, utpote, quæ nunquam nisi directum dominium significet. I. si alij. ff. de usufruct. lega. Prout dicta proprietas, quasi proprietate tua. Bald. in l. penult. colū. ij. C. si à non compe. iudi. & in cap. j. §. rei autem. de inuestit. de re. alie. fact. in feud. Et idem Bald. in l. cum res. in sine. C. de proba. verbum istud proprietatis adeò directum esse dicit ut nunquam obliqueatur. Saluari etiam potest ex prædictis illorum sententia qui proprietatem & dominium idem esse dicunt, quippe idem sunt, si de directo dominio intelligamus, quemadmodum in dubio intelligendum est. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vegetig. Idcirco proprietatem pro dominio accipi author est Ioann. Fab. in §. omniū. colum. vi. de actio. in instit. + Ne autem hæc nostra disceptatio infructuosa omnino tibi videatur, inferas, quod si actor in libello se dominum rei controversæ seu contentiosæ affueraret, dec̄p utili tantum dominio probaret, non per hoc succumbet, cùm dominium reperiatur, nō modò directum, sed utile. Barto. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iure iurando. & in l. j. ad finem. C. de usufruct. & idem Barto. in l. si mater. §. eandem. colū. penult. ff. de excep. rei iudi. & in l. j. colū. pen. ff. de actio. & oblig. Cùm enim actor intentione ambigua, vel oratione usus est, id constat accipendum, quod ei est utilius. l. si quis intentione, ff. de iud. modò hoc actor viuens declarat: neq; enim facultas declarandi verbū, ambiguū, trāsit ad hæredes. Accurs. & Bald. in l. idem Pomp. scribit si frumentum. §. fin. ff. de rei vend. Accur. & reliqui in l. inter stipulante. §. si stichū. ff. de verb. obli. not. Fely. in cap. qualiter. in j. de accusat. Secus tamen si dixisset se proprietarium, quandoquidem proprietatis verbo, directum tatum dominij significetur, neq; proprietas nisi directa reperitur. Bald. in l. ij. ff. de cōdi. insti. per l. si tibi proprietas. ff. de usufruct. accrescen. Ab hac autem Bald. sententia alij

Vera inter  
proprietate  
& dominij  
differentia.

Actor quise  
dominū rei  
dicit & pro  
bat tantū uti  
le.

Impropria-  
re licet uera-  
ba libelli.

Quasi pro-  
prietas.

Noua ratio.

alij crebro recesserunt. Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. Ias. in l. sed et si possessori. §. item si iurauero. ff. de iure iur. Quoniam proprietas largè & impropiè ad utile dominii, imo vero ad possessionē solam refertur. l. interdū. ff. de verbo. signi. vt autē libellus sustineatur verba impropriare cōcessum est. Bar. in l. si solei. C. loca. Propterea quod prolata in libello verba, censeantur prolata in materia larga, ideo largè in fauorem libel lantis interpretanda. Panor. in c. cumana. colū. ij. de elect. & satis sit libellum secundum latum verborum significatum libel lantis intentionem cōtinere. c. cūm venis sent. de in integr. restit. c. cū ecclesia Sutri na. de cau. pos. & proprie. c. olim in ij. de restitu. spolia. c. constitutus. de religi. domi. Adde quod licet non reperiatur nisi directa proprietas: est tamē reperire quasi proprietatem. Accur. in l. ij. §. quādam. ff. de interdic. c. fin. de iudi. & proprietatem anomalam. Bald. in c. vnic. de feud. non habent. prop. nat. in feud. Ego alias cūm hunc. §. publicè interpretarer defensai sententiam Bald. noua ratione, quippe quod non debeat ita fieri libelli interpretatio, vt contineat conclusiū contrarium, aut longè diuersum eius, quod narratum est. Quia tunc nō esset deseruire intentio ni libellantis, sed repugnare. Barto. in l. j. ff. de actio. & obliga. Cūm tamen verba intentioni deseruire oporteat. c. secundo. requiris. de app. Proinde idem Bart. in l. de quibus. ff. de legi. docuit, vt si super cō sueridine, quae non consuetudo, sed statutum est, libellum formauerim, debeo suc cumbere tanquam inepte proponens, per l. j. §. si autem. ff. si mens for fals. mod. dixe. & l. j. C. de formul. utile dominium autē cōtrarium est, aut saltem longè diuersum à proprietate. Præterea qui deductam in libello causam non probat, sed aliam, suc cūbere debet. l. habebat. ff. de instito. Bar. in l. j. ff. de edē. Adde quod in fortioribus terminis Bald. in l. qui vsumfructum. ff. si vsumfru. peta. prodidit, vt si quis in libello dicat ad se rem iure dominij pertinere, & probet tantum de vsumfructu succumbet, & tamen verbum dominij (vt iam decla rauimus) latius patet, quam proprietas, imo vsumfructus (vt Iul. Paulus inquit) in multis casibus pars dominij est. l. iiiij. ff. de vsumfruct. Nec me mouent prædicta, quia cūm verbum proprietas, vt post Bal. in d. l. cūm res diximus, nunquam obliquetur: hoc est nunquam utile dominii significet.

Larga etiam interpretatione adaptari non potest, verbo proprietatis: vnde neq; ad sustinēdum libeliū, talis fiet interpretatio. Specu. in titu. de off. omni. iud. §. deseruit. colū. vij. Licet præterea reperiatur quasi proprietas, in ea tamē libellus de proprie tate loquens, non verificatur. Nā & repe ritur quasi dominium, pro quo competit publiciana, quod habet bonæfidei posses sor, habens titulum à non domino. c. abba te. §. cæterū. de re iud. in vj. in quo tamē libellus de dominio loquens non verifica tur. Bart. in l. si mater. §. eandem. ff. de ex cep. rei iud. Porro vt Colophonem adda mus, hodie secundum cōmunem practicā, opinio contra Bald. recepta est, propterea quod vulgò soleat in libellis adiūci clausula. Et alias libellans deducit omne ius sibi competens, & competitum vndecūq;, quomodo cūq;, & qualiter cūq;, aut alia similis, quæ efficit (mirabile dictu,) vt pos sit quis ex causa probata, licet nō deducta obtinere. Raph. Cuma. in l. si stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. oblig. Socin. hic

12 col. ij. + Postremo, quoniā de petitorio et possessorio dicturi sumus, adnotandū est iudicium (quātum ad materiam nostram pertinet,) duplex esse, petitorū & posses sorium, vt familiariter declarat Accur. in l. momentariæ. C. qui perso. leg. stā. in iudi. hab. Vt itaq; possessorum cum de possessione, vel adipiscenda, vel retinēda, vel recuperanda controuertitur, ita petitorum dicitur cūm de proprietate rei seu dominio tantūmodo contēditur. l. qui pe titorio. ff. de rei vendi. vbi idem Accurs. exponit iudicium petitorū, id est, actio in rem, per l. actio in personā. ff. de actio. & obliga. Ex quo non improbabiliter infer tur, quod cūm nō sit petitorū aliquod in actionibus personalibus, non erit etiam possessorum. l. fina. ff. quor. bono. Petitorum quippe & possessorū sunt correlatiua. Vnū autem ex correlatiis sine altero esse non potest. Et quia (vt Pediū ait) omnis de possessione controuersia, aut ad hoc pertinet, vt quod nō possidemus, no bis restituatur, aut ad hoc, vt retinere no bis liceat quod possidemus. l. j. §. & vt Pe diū. ff. vti pos. + Possessorū iudicium tri plex est, Adipiscēdæ, Retinendæ, & Recu perādæ. l. j. §. quādam. ff. de interdi. §. se quēs. de interd. in insti. Glos. familiaris in c. pastoralis, de caus. posses. & proprie. hoc est interdictū, seu possessorum remedium aliquod datur pro possessione nun quam habita adipiscēda, aliud pro turbata retin

Possessorū  
& petitorū  
iudicium.

Adipiscēdæ.

Retinendæ.

Recuperādæ.

Carpitur à  
nonnullis Im  
perator.

Possessorū  
iudicium tri  
plex.

Defendit  
parum tutè  
à Romano  
Imperator.

Adipiscēdæ.

Retinendæ.

Recuperandæ.

Carpitur à  
nonnullis Imperator.Defendit  
parum tutè  
à Romano  
Imperator.

retinenda, aliud verò pro perdita recuperanda. Bald. in l. incerti iuris. col. vj. C. de interd. Possessorium ergo adipiscendæ est, quod ad adipiscendam possessionem, quæ nullo ante tempore fuit adepta, competit: verbi causa, in Saluiano interdicto, quorū bonorum, & quorum legatorum. Nam si semel nactus sit hæres vel alius rē licet, dat possessione semel apprehensa, non tamen amplius possessorio adipiscendæ vi poterit. Glo. sing. in c. j. de confes. in vj. Retinendæ verò, quod pro retinenda, & id duplex est, ut possidetis, quod pro immobilibus, & utrobi, quod pro mobilibus datur. Recuperadæ est, quod perdita possessione recuperanda competit, & id etiam duplex. Alterum ad res immobiles, ( quibus quis vi deiectus est) datur, & vnde vi appellatur, cuius exemplum est apud Ciceronem in Oratione pro Cecinna. Erat enim Cecinna de fundo vi deiectus, propterea Prætor interdixerat de vi, id est, interdicto, vnde vi. concesso iusserrat Ebustum, qui vim fecerat restituere Cecinnā in possessionem. Alterum, vi bonorum raptorum, quod pro mobilibus vi ablatis competit. l. j. §. illud. ff. de vi & vi arma. Et familiariter hæc omnia explicat Panor. in cap. pastoralis. iij. & iiij. col. de caus. pos. & proprie. Sunt tamen qui & iurisconsultum, & Iustinianum dicant diminutum, dum in d. §. sequens. triplex duntaxat esse possessorium docet, quandoquidem & quartum reperiatur, quod conseruandæ seu confirmandæ possessionis dicitur. l. j. C. de Carb. edicto. l. iij. §. missum. ff. illo titulo. vbi si filio impuberi moueatur quaestio status & hereditatis, beneficio Carboniani edicti in tempus pubertatis differtur quaestio, mittiturq; ( si tamen non possideat,) in possessionem præstata cautione. Quod si possidere reperiatur, in possessione ( eiusdem edicti beneficio ) continuabitur. ita Bald. in cap. j. §. fin. de prohi. feud. alie. per Loth. post Odofr. in d. l. j. Cæterum Roma. & Alexand. in d. l. j. C. de Carbo. edi. defendant Imperatores, dicentes possessorium illud, quod conseruandæ Bal. appellat, sub retinendæ includi, quorum opinionem non parū iuuat tex. in l. j. §. & vt Pædius. ff. vti pos. Sed hoc responsum non videtur bonū, cū retinendæ tunc locus sit, cū vtraq; pars possidere contendit. alle. §. retinendæ. quod non est in iudicio cōseruadæ, in quo agens solus dixit se possessorem. Interdictum præterea retinendæ datur pro turbatione extrajudiciale:

Possessorium verò conseruandæ pro turbatione facta in iudicio, vt nemo etiam parum doctus negauerit, testis est etiam Alexand. in l. si finita. in princip. colum. si. ff. de damno infect. & in consil. v. volu. ij. Quo pacto ergo vnum sub altero includi poterit, cū sit illorum contraria natura? Planius ergo responsum videtur quod ponit Ias. in d. l. j. colum. ij. & sibi impudenter adscribunt hoc loco recētores, vt hoc interdictum conseruandæ, non sit interdictum seu possessorium remedium ordinariū, cū triplex tātum reperiatur, & hoc non detur, inter duos contēdentes de possessione, sed sit quoddam extraordinariū interdictum, cuius nulla habetur ratio, aut consideratio, argu. l. iii. §. j. ff. de fin. 4 deicommis. liberta. † Porro ad hæc videamus an in præstationibus personalibus sit reperire possessorium: verbi causa, præstisti mihi aliquid annum pluribus annis, modò præstare recusas, an possim agere possessorio iudicio, vt restituas in possessione percipiendi illud annum, quo me spolias nunc recusando præstare. Canonistæ omnes tenent quod sic per tex. in cap. quarelam. de elec. quem tex. ibi ad hoc expresse notant Pet. Ancha. & Panor. Nota (inquiunt) quod pro annua pensione solita annuatim præstari si nouiter subtrahatur, potest agi ad ipsius restitutionem, & probata solita præstatione, debet actor reduci in eum statum in quo primo erat, licet nihil doceat de proprietate iuris pensionem illam percipiendi. Nam non soluendo solitam pensionem, videtur quis spoliari facultate seu possessione percipiendi: quemadmodū in simili dicit Inno. in c. sub orta. p. illū tex. de re iudi. subditos videri spoliare dominū quasi possessione iurisditionis eo ipso quod domino obedire recusant. Quæ opinio parū tuta videt, vt nō immerito dixerit Jacob. Rauen. quæ citat Cyn. in l. si certis annis. in fi. C. de pact. aduersus querelā opus esse querela, sic tacite innuens perperam suis locutū summum Pontificē in d. c. querelā. Nā quod in personalibus actionibus locū habeat possessoriū nusquam auditū, nusquam relatum præterquam à Saturnino, alludit ad verba Vlpia. in l. j. ff. de senat. cū hæ præstations personales iura sint personalia, quæ impro priissimè dicunt possideri. Accurs. in l. regulariter. ff. de petit. hære. Ideoq; in eorū iuriū personaliū præscriptione nō est posses sio necessaria, vt declarat Bar. in l. sequit. §. qui viā. ff. de vsucap. Rursus cū petitorium

Probat re sponsū Ias son.

Præstatio nes persona les an habeant possesso rium.

Canonistarū opinio non usquequaq; tuta.

Canonistarū  
opinio usu  
seruatur.

torium & possessorum sint correlatiua, remoto petitorio, remouetur possessorum. At qui in personalibus præstationibus nō est reperire petitorum. s. sic itaq. de acti. in instit. ergo nec possessorum, vt nihil ex correlatiuorū natura immutetur. Respon debat Pet. ad c. querelam eum tex. non loqui in præstatione personali, sed reali: nēpe in præstatione census, hancq; esse veritatē, dicit Cy. in d.l. si certis annis. in fi. L. iacet, inquit, & in foro ciuili, serueſ erroneous canonistarum intellectus, etiā per illos legistas, q manū habētes extra chartophylacium Iustiniani thesauri, apud mendicantes vadunt merito mendicatum. Videtur præterea contra hanc opinionem tex. expressus in l. fi. ff. quor. bono. vbi interdictū quorū bonorum (quod remedium possessorum est. l.j. ff. quo. bo.) non datur contra debitores personaliter obligatos: & hæc opinio apud me verior est. Contraria tamē in omnibus curijs tam spiritualibus, quam temporalibus communi vsu seruantur authore Ioanne Fabro viro & Legum ciuilium, & Galliganarum consuetudinū peritissimo, in §. j. in fi. de interdict. in institu. vbi eum communem vsum Ang. pluribus verbis defendit, & ante eum Ang. Perus. in d.l. si certis. colū. penul. ad quem lectorē remittimus. Verū iam satis anteludijs datum est. Superest vt ad verborum Vlpiani enarrationem veniamus.

- 1 Causa fictio.
- 2 Ratio dubitandi.
- 3 Communis intellectus confutatio.
- 4 Dissolutus obex fortissimus.
- 5 No. ad §. nihil commune. intellectus.
- 6 Ad no. sensum dubitandi rationes.
- 7 Agere quando propriè actor dicatur.
- 8 Nihil commune habet cum possessione proprietas.
- 9 Quando ad probationem dominij satis sit possessione probare.
- 10 Explosa omnium sententia.
- 11 Testes nonnunquam publicatis attestacionibus producuntur.
- 12 Possessorum in spiritualibus corā iudice seculari agitantur.
- 13 Habent aliquid commune possessio & proprietas.
- 14 Dominum an in incorporalibus cadat: declarataq; l. qui usum fructum.
- 15 Defenditur ab impugnatione Iaso. Bartolus.
- 16 Improbata dominij finitio à Bar. tradita.
- 17 Ex separatis quando inferatur.
- 18 Interdicere aqua, & igni.
- 19 Editum, & interdictum quomodo differant.
- 20 And. Alciat. egregia declaratio.
- 21 Præiudicium quid sit.
- 22 Vendicare quid sit.
- 23 Que sint in rei uendicatione necessaria.
- 24 Mulier an sit dominarei dotalis.

- 25 Explicata l. in rebus. C. de iur. dot.
- 26 Quidq; in care sit regni moribus inductum.
- 27 Rei uendicatio an detur contra ciuiliter possidentem.
- 28 An lata sententia contra ciuiliter possidentem, obstat natura raliter possidenti.
- 29 Due doctorum limitationes explosæ.
- 30 Rei uendicatio an detur contra detentatorem.
- 31 Iurisdictio quomodo petatur.
- 32 Episcopus ecclesiam & laicus ius patronatus uendicant.
- 33 Renuntiari potest possessorio dupliciter.
- 34 No. opinio.
- 35 Verbum pecunie, latè patet, sed uerbum rei, latius.
- 36 No. sensus ad l. rei. ff. de uerb. sig.
- 37 Rerum appellatione qui homines ueniant.
- 38 Donans res suas, an nomina debitorum donet.
- 39 Declarata l. si in rem. ff. de rei uendi.

### V L P I A N V S.

Nihil commune habet proprietas cum possessione. Et ideo non denegatur ei interdictū vti possidetis, qui cœpit rem vendicare. Non enim videtur possessioni renuntiasse, qui rem vendicauit.



V N D V M + meum, cùm tu naturaliter possideres, aut detineres, egi cōtrate rei vendicatione, atq; ita petitorum iudicium pro posui, quo petebam, & me dominum declarari, & possessionem mihi restitui. Mox interdicto retinēdæ, vti possidetis, experiri volui, nō actualis possessionis ratione, cùm apud me non esset, sed ratione ciuilis: quippe dicebam me ciuiliter possidere, turbariq; per tuam naturalem in mea ciuili. Quasitum est apud Vlpianum an possim? Et ab eo respōsum est, quod cùm nihil habeat commune cum possessione proprietas, non prohibe or ipse, qui petitorum proposui: deinde possessorio retinēdæ vti, cui non videor propterea renuntiasse, quod rem vendicauerim. + Faciebat autem dubitationem regula cōtrarietatis. Nimirum remediorum contrariorum non admittitur concursus.

l.j. C. de fur. l. contra maiores. C. de inoff. testa. Atqui petitorū iudicium, & possessorum retinēdæ, ex diametro pugnantia sunt, & cōtraria. Nam qui rei vendicatio ne vtitur, aduersarium possidere dicit, qui verò possessorum retinēdæ proponit, se possessorem affirmat: non igitur eorum iudiciorum concursus admitti, sed vnum post alterum & proponi, & terminari debet, vel ex consilio Iurisconsulti in l. is qui destinauit. ff. de rei vendica. & in l. si de vi. ff. de iudic. & Imperator in l. ordinarij. C. de rei vendica. & in l. incer

Species §. ni  
hil cōmune.

Ratio dubia  
tandi.

Cōtendit cō-  
munem sen-  
sum uerū nō  
esse.

Diluit ra. du  
bitandi.

Incerti iuris. C. de interdict. Quod si vnu priore loco proponat actor, tanquam vnu ex contrarijs eligens, censendus est alteri renuntiasse. I. post diem. ff. de lege commis-  
sor. I. commissoriæ. C. de pactis inter em-  
ptorem & venditorem. Cæterum superat  
dubitacionis causam decidendi ratio, quā  
hoc loco tradit Vlpianus, dicens nihil cō-  
mune habere proprietatem cum posses-  
sione, atq; ideo eum possessionis causam  
tractare non prohiberi, qui petitorio vſus  
est, cuius propositione possessorio renun-  
tiatum non intelligitur, quod separata sit  
à proprietate possessio. I. j. §. huius autem.  
ff. vti possidetis. Nec te moueat quod pau-  
lo ante dicebamus, petitorum & posses-  
sorium retinendæ esse contraria, proin-  
deq; cumulari non posse, obstante regula  
contrarietas, quoniam verum est, si & pe-  
titorio & possessorio agatur, respectu v-  
nius & eiusdem possessionis. Verbi cau-  
sa, si agam contra te rei vēdicatione, quia  
naturaliter te possidere contēdam, & de-  
inde agam retinendæ, quia naturaliter me  
possidere adfirmem, tunc enim veluti con-  
trarius repellor. Quandoquidem fieri nō  
possit, vt plures eadem possessione, eandē  
rem insolidum possideant. Contra natu-  
ram quippe est, vt cū aliquid ego teneo,  
tu quoq; id tenere videaris, neq; magis ea  
dē possessio apud duos esse potest, quām  
vt tu stare videaris in eodem loco, in quo  
ego sto, vel in quo ego sedeo tu sedere vi-  
dearis, dicit iurisconsultus in I. iij. §. ex cō-  
trario. supra hoc titu. At cū ago petito-  
rio ratione possessionis naturalis, quæ  
apud te est, & deinde retinendæ, ratione ci-  
uili, quam apud me esse cōtendo, hic nul-  
la est cōtrarietas. Quamobrem nec actor  
ita, pposito petitorio, vti possessorio pro-  
hibetur, & hoc est thema. §. nostri secūdū  
Quintum Accurs. intellectum, cui omnes  
indifferenter, (vt Iason colum. xvij. tra-  
dit,) adstipulantur. † Verū si nobis ad-  
uersus scriptorum omnium traditiones,  
tollere cristas liceat, & quod Theocritus  
in Thalisia dicebat, iugum superare Oro-  
medontis, contendere ausim hūc sensum,  
neq; verbis Vlpiani conuenire, neq; ex  
officina & mente iurisconsulti vñquam  
prodijisse. Nam quid, quāso, diuinatus  
vel dici, vel excogitari potest, quam quod  
doctores docent, in hoc text, actorem pri-  
mum petitorio egisse ratiōe naturalis pos-  
sessionis, aut nudæ detentationis, quæ apud  
reum erat, & deinde possessorio ra-  
tione ciuili, quam habebat, cū de pos-

sessione vel ciuili, vel naturali, vel etiam  
nuda detentatione, ne verbum quidem  
vnum in textu legatur? Præterea si ex vul-  
gari illa doctorum regula argumentari li-  
ceat, (à nobis tamen refutata, in I. si testa-  
mento. C. de impuberum.) qua traditum  
est legē de dubitabili esse debere. I. quod  
Labeo. ff. de carboniano edicto. I. j. ff. ad  
municipal. defendi non potest hic omniū  
intellectus. Nemo etenim nisi omnino in-  
scius & ignarus est, qui nesciat, non vide-  
ri actorem possessioni ciuili, quæ apud se  
est, renuntiasse, proposito petitorio ratio-  
ne naturalis, aut nudæ detentationis: cū  
hæc prorsus dissimilia sint & separata.  
Ideoq; ad unius positionem vel remotio-  
nem, alterius positio vel remotio sequi nō  
debet. I. Papinianus exuli. ff. de minorib.  
I. fin. ff. de calumniato. I. inter stipulantem.  
§. sacram. ff. de verbo. obligat. I. si maritus.  
j. C. de donation. inter virum & vxorem.  
Rursus, (vt Iason aduertit,) parum con-  
grua esset Vlpian. ratio si hic sensus ve-  
rus esset, neq; ex ea recte propuniatum  
istud inferretur, ideo scilicet qui egit pe-  
titorio ratione naturalis, non prohibitur  
agere possessorio ratione ciuili: quia ni-  
hil cōmune habet proprietas cū possessio-  
ne. Hec enim ratio nō concludit, sed illa  
est, quia petitorū ex una causa, scilicet na-  
turalis, penes reum conuentum existen-  
tis, possessorium verò ex alia causa, scili-  
cet ciuili, quæ apud agentem erat, pro-  
positum est. Postremò text, hic de posses-  
sione simpliciter verba facit. Possessionis  
autem appellatione, & ciuilem, & natura-  
lem venire iuris est certissimi. I. j. §. deiſci-  
tur. ff. de vi & vi arma. Bald. in I. j. C. com-  
mun. de vſucaption. Iis vides communem  
sensum explosum, qui quāquam in se ve-  
rus sit, nec dubitationem habeat, huic ta-  
men textui non conuenit. † Planè non si-  
nam arduam illam difficultatem præter-  
fluere, quæ maximè Bart. & reliquos cō-  
torquet. Qui enim fieri potest (inquiunt  
illi) vt possessorium retinendæ ratione ci-  
uili possessionis, quæ apud actore est, cu-  
mulari possit: cū rei vēdicatione, pro-  
posita ab eodem, ratione naturalis, quæ a-  
pud reum conuentum erat: cū idem a-  
ctor per possessorium, quod per petitorū  
consequarur: Nam per rei vēdicationem  
consequitur actor naturalem possessionē,  
quæ est apud aduersariū. I. qui restituere.  
& I. officium. ff. de rei vend. & per interdi-  
ctum, vti possidetis, intentatum pro turba-  
tione ciuili, quæ fit p occupationē natura-  
lis,

Diluit ra. du  
bitandi.

Cōtendit cō-  
munem sen-  
sum uerū nō  
esse.

Tracta  
Bar. & alio-  
rum difficul-  
tas.

lis, naturalem quoq; adsequitur. Accurs. h̄c, & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. hoc titu. expeditum autem sit non esse permissam cumulationem actionum, vbi ex diuersis actionibus actor idem consequitur, sed quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna tantum quem experiri debere. l. quod in h̄eredē. §. eligere. ff. de tribu. actio. l. cūm filius. §. varijs. ff. de leg. iij. l. nemo ex his. §. quoties ff. de regu. iur. Quod dixerunt antiqui verum esse, quando illæ plures actiones ad idem competunt ex eadem causa, secus si ex diuersis, quoniam tunc cumulantur. Accurs. in l. edita. C. de eden. vt in casu nostro. Nam rei vendicatio proficiscitur ex dominio agentis. l. in rem. ff. de rei vendi. interdum verò vti possidetis, ex turbatione aduersarij. l. j. §. est igitur. ff. vti possi. Quæ solutio parum tuta est, tum quod pleriq; teneant actiones etiam ex diuersis causis, ad idem competentes non cumulari, vt Pet. Cy. & sequaces in d. l. edita. tum quia etiam stante vera contraria opinione ea non obtinet, cūm illæ plures actiones ex diuersa causa ad idem competentes sic se habent, vt facta executione in vna, impe diatur executio in altera, vt Bart. & cæteri notant in d. l. edita. per l. j. §. fin. ff. si fa. fur. fecis. di. facta autem restitutio naturalis virtute petitorij, impeditur propositio possessorij & in consequens illius executio. Melius est igitur, vt cum Bar. & posterioribus negemus, petitorium & possessoriū retinendæ hoc casu ad idem competere. Nam qui rei vendicazione agit, petit se dominium declarari, nedum rei restitutio. Quamobrem & actori probanti res restituitur, & ille dominus declaratur. l. Pomponius. §. sed & si. ff. de procur. l. & ex diuerso. §. j. & vbiq; Barto. ff. de rei vendica. per interdictum verò vti possideris, nudat tantum possessionis restitucionem conse quitur, quanquā & iudex declaret desistendum esse à turba, & molestia facta per occupationem naturalis. Prætereà tametsi in vtroq; iudicio & petitorio & possessorio possessionis restitutio veniat, diuersimodè tamen. Nam in rei vendicazione fit officio iudicis. l. officiū. ff. de rei vendic. In interdicto autem retinendæ, iure actionis. §. fina. insti. de interdict. Hæc autem inter se longè lateq; differre, nemo est qui, modò scripta Barto. & aliorū legerit in l. j. ff. de iurisdicti. omni. iudicium. nesciat. † Reliquū nunc est, vt postquam ostendimus communem interpretationem huic §. minimè

cōuenire, quæ sit hoc loco vera mens Vlpiani doceamus, & missis alijs quatuor lecturis, quas Bartolus & posteriores familiariter prosequuntur, & vt maximè diuinatius reīciunt. Declaraui ego quādoq; de superiori loco aliter hunc §. atq; hactenus à scriptoribus sit explicat, taleq; adhibui iudicium, vt postpositis Bart. Bald. & cæteris interpretibus, ( quorum tamen & ingenium, & eruditio, semper sum admiratus, ) sola rationis momenta quæ sierim, minimè ratum habens, quod ab ijs, quos alioqui probabam, iudicatum offendit. Itaque omnes vitaturus procel las, sic Vlpiani verba aliquando sum interpretatus, vt actor, qui rei vendicatio primum egit, initio possederit, in qua possessione per aduersarium ( qui etiam se possidere contendebat, ) cūm turbaretur, petitorum proposuit: quo non aliò spectabat, quām vt dominus declararetur, vt declaratus à iudice dominus, mox à turba reus desisteret. Verū proposito petitorio viam illam difficultem agnoscens, quod se dominum esse docere oporteret, ( cuius rei probatio valde difficultis est. Accursius in l. cūm res. C. de probationibus. ) expeditiorem possessorij viam elegit, scilicet vti possidetis. questionis apud Vlpianum fuit, vtrum hoc fieri posset: & responsum est actorem, qui rei vendicatio experiri cœpit, vti possidetis interdicto, vti non prohiberi, vt in textu. Dices, quo modo datur rei vendicatio possidenti, cūm hoc sit contra actionis naturam, quæ supponit dominium ex parte agentis, & possessionem ex parte rei conuenti. l. vnica. C. de alienatione iudicij mutandi caus. fact. cap. examinata. de iudicij. Responde, possidebat etiam reus, quod vel ex eo patet, quia competit actori vti possidetis, interdictum, quod inter duos se possidere contendentes datur. l. prima. §. est igitur. ff. vti possidetis. §. retinendæ. de interdictis. in Institutionibus. Ratione ergo illius possessionis, quæ apud aduersarium erat, duo habuit actor remedia, rei vendicacionem, qua dominus rei controuersia declaretur, & vti possidetis, interdictum, quo cogeret reum, se etiam possidere contendente, à turba desistere. Actor imprudenter petitoriū eligēs ( dicit Vlpia. ) possessorio nō præiudicat. † Quāquam pluribus nō spēnēdis rationibus cōtrariū dicendū videre. Prima, quoniam possibebat actor possidēti autē non datur actio in rē. §. omniū. de action. sed huic iam satisfactū est.

Not. ad §. nihil commu ne. intelle ctus.

Agere quan do propriè actor dicatur.

Rationes du bitādi in no sensum.

Probata pos sessione, an probatū do minium sit.

est. Altera, quoniam quando dupli via alicui succurritur, eligendo, vnam, in altera sibi praeiudicium facit, ut quam viam (inquit jurisconsultus) elegero, haec, non alia, mihi pateat. l. si mulier. §. fin. ff. quod met. caus. l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tribu. actio. l. cū filius. §. varijs. ff. de legat. ij. lis adde, quod cum actor viam elegerit petitorij ius (lite maximè contestata,) reo quesiti fuit: idcirco videbae ab eo facto actoris extorqueri no posse. l. si. ff. de pact. l. qui Romæ. §. Calimach. ff. de verb. ob. Cæterum ut haec omnia plane, & dilucide tollantur, considera, super petitorio, quod priore loco actor proposuit, lite non fuisse contestata, idcirco tex. in verbo, cœpit vendicare, ostendit. ¶ Nā ante litem contestatam, actor non dicitur propriè agere, sed agere velle, aut incipere agere. Accur. sing. in l. si postea. ff. de pecul. Agere enim est litem contestari. l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. Bart. in l. nā & postea. ff. de iure iur. Proinde cum nondum lis fuisse contestata, licuit actori variare & pœnitere. Alioquin traditionē huius tex. nequaquam procedere opinarer, (et si Paul. Cast. contra sentiat,) cum haec sit propria actionis mutatio, non etiam cumulatio, licet interpretes nostri contra putauerint. Mutationē autē usq; ad litis contestationē duntaxat fieri in confessō est Accursi. in l. fin. C. de codicil. Bart. & reliqui in l. edita. C. de eden. Hinc vides ociosè scriptores nostros hoc loco de petitorio & possessorio cumulatione disceptasse, cum non de horū iudiciorū concursu, sed de propositi iudicij mutatione verba faciat jurisconsultus.

8 NIHIL cōmune) ¶ Tradit hoc loco Vlpia. illud vulgare, proprietatē, seu dominij causam, nihil cōmune habere, cū possessione. Ideoç alibi idē Vlpia. separata (inqt) debet esse possessio à pprietary. l. j. §. huius autē. ff. vti possid. Hinc permulta effluunt decisiones, quarū bonā partem hic recentiores congerunt. Primum infertur eū qui interdicto de possessione egit, si postea in rem agat, non repellit per exceptionē, quoniam in interdicto, possessio, in hac actione proprietas vertitur. l. & an eadem. §. fin. ff. de excep. rei iudica. qua de re ego fuse dicam in secunda regula. Infertur deinde, ex sola possessione dominium non probari. Accursi. & cæteri in l. cū res. C. de probatio. ¶ Quoniam verò huius traditionis usus, frequens & necessarius est, vt plane intelligas quando probata possessione, præsumatur, vel intelligatur probatum do-

Probata pos-  
sessione, an  
probatum do-  
minium sit.

minium, facito sequentes regulas ex Barto. sententia in l. quidā in suo. ff. de condicione institu. Prima erit hæc: Si dominiū deducit in iudiciū principaliter, & per modū actionis, ad illius probationē nō satis est possessionē probare, sed directo probandum est. l. in rem. ff. de rei vendi. alias reus absolvetur. l. si. C. de rei vendica. Plus dicit Innocē. in c. illud. in fin. de præsump. quod possessione continuata aliquo tempore, tanquam à dominio, & cū fama viciniae de dominio, non probat dominiū. Vnde si quis probauerit se possedit domum, predictū, aut aliā rem certo tempore pro sua, & super hoc famā viciniae habeat, non tamen debet obtinere, nisi legitimū probet titulū. Sequitur Ponor. in c. cū ad sedem. col. vj. de restitu. spolia. Limitant hanc regulam Bartol. & omnes non procedere, si agatur contra violentum inuasorem, contra quem nō est ne cessum probare dominiū, sed sufficit probare violentiam. l. si quis emptionis. §. sed haec super illis. C. de præscriptioni. xxx. vel xl. annorum. Accursius in l. ita vt si fur. ff. oī cōmoda. ¶ Quæ limitatio & si ab omnibus recepta sit, mihi tamen nequaquam placet, cum eo casu dominium non deducatur principaliter, & declaratoriè in iudicio tanquam contra quilibet possessorum, sed consecutiue, quia non agit actor principaliter vt declaretur dominus, sed vt res sibi restituatur, tanquam possessori, cui vi res erupta est: vt familiariter declarat Salycet. in l. vis eius. C. de proba. Non ergo pertinet haec doctorum limitatio ad regulam nostram. Altera regula: Si dominium deducatur incidenter in iudiciū, probare possessionem sufficit. Probata quippe possessione dominus præsumitur. l. prima. ff. famil. ercisund. Accursi. in l. sicuti. §. sed si queratur. ff. si serui. vendic. & in d. l. quidam in suo. vbi Accursi. Nota (inquit) quod qui rē possidet, & ea vtitur vt dominus, præsumitur dominus, licet verè non sit: verbi causa, in actione legis Aquiliæ, quæ principaliter hero, hoc est, domino competit. l. item mela. §. legis. ff. ad l. Aquil. in ea quippe si negetur agens dominus, satis erit illi, si se possidere probet, cū tunc dominiū incidenter in iudiciū deducatur, & principaliter ad damni emendationem agatur, sic & in condicione furtiva, qua dominus (cui soli datur. l. j. ff. de condi. furt.) non petit se declarari dominum, sed rem restitui, vel eius estimationem. l. in re furtiva. ff. de cōdi. furt. Nam si agenti opponatur defe-

Omnium tra-  
ditio subuen-  
sa.

Declaratio  
duplex.

Publicatis at<sup>11</sup>  
testationibus  
interdum te-  
stes produ-  
cuntur.

Possessoriu<sup>12</sup>  
in spirituali-  
bus corā iu-  
dice seculari  
tractatur.

Possessio et  
proprietas a-  
liquid habet  
commune.

Etus dominij sufficit illud præsumptiuē ex præsenti possessione probare. Sic etiam in creditore, qui p̄bare debet rē in bonis fuisse debitoris. l. & quæ nō dū. §. quod dicatur. ff. de pignori. satis nāq̄ erit probare debitorem possidere, quo probato præsumptiuē dominij probatum erit. Hanc autē regulā volo declares dupliciter. Primò, vt vera sit, nisi cōster possessorē dominum non esse. d. l. item mela. §. pen. idq̄ vt cedat præsumptio veritati. l. si pater. §. quoties. ff. de manu. vindi. l. regula. §. qui ignorauit. ff. de iur. & fact. ignoran. §. si quis rem suam. de leg. instit. & quia nullus est conjecturæ locus, cūm veritas est in aperto. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de verb. oblig. Declaro secūdō hanc regulā, vt procedat in possessione de præsenti, qua probata, præsumptiuē probat dominij, securis in possessione de præterito, quæ nō facit possessorē præsumi dominij. l. & quæ nondū. §. quod dicit. ff. de pigno. Bar. in d. l. quidā in suo. Tertia regula, quādo dominij deducitur in iudicio per modū exceptionis, possessor præsumit dominus. l. ij. C. ne vxor pro mari. l. j. C. de priuileg. fisc. quod obtinet nisi dominij deducatur in iudiciū excipiendo, post actoris intentionem fundatam. l. siue possidetis. C. de probatio. † Sed iam fatis huic rei datum est. Itaq̄ tertio ex. regula tex. nostri infertur, quod etsi post publicatas attestations, seu didiscita testificata, testes produci non possint. §. quia verō. de test. col. viij. authē. at qui semel. C. de proba. Si tamē publicatæ sint attestations in possessorio, produci nihilominus poterūt testes in petitorio, etiam super articulis directe contrarijs, vt in pulchro casu. responderunt domini de Rota, decis. cccxxxvij. in nouis. & Fely. in c. veniens. ij. col. vij. de testi. † Hinc deniq̄ videmus, in spiritualibus causis, possessorium coram iudice seculari tractari. Neq̄ enim cūm agitur possessorio de re spirituali, spiritualiter agitur, sed tunc duntaxat, cūm de illius iuris proprietate tractatur. Glos. in ca. cūm dilectus. de elect. & in c. literas. de iura. calū. Quamobrem eius possessorij (quod non spirituale, sed temporale est) iudex laicus competens erit. Joan. Andr. in cap. fin. de iudi. Panor. in d. c. literas. Quæ opinio usu seruatur, de qua familiariter Guid. P. pap. quēst. j. quib⁹ satis confirmata est text. nostri regula, quæ vult nihil commune habere proprietatem cum possessione. † Cæterū cūm proprietas, & possessio quadruplicem habeat cōmunionem: Naturæ

quia vtruncq̄ incorpore. l. qui vsumfructum. ff. si vſusfructus pet. l. peregrē. ff. de acquiren. posses. Consequentia, quia vñ antecedens, scilicet possessio, dominium verō consequens: cōcepit nempe dominū à possessione. l. j. ff. de acquirend. posses. Ad positionem autem consequētis necessario sequitur positio antecedētis. l. ad rē. & l. ad legatum. ff. de procur. l. illud. ff. de acquiren. hæredi. Connexitatis, quoniam non separatur à possessione dominium: vnde si aliquid possessor & dominus, trāfert posses. ex aliqua causa habili ad trāslationem dominij transfert etiam dominij, quod à posses. separari non potest. l. per procuratorem. C. de acquiren. possessio. & nominis, verbum nāq̄ possessionis. vt lul. Paul. inquit, interdum proprietatē significat. l. interdum. ff. de verbo. signific. Hæc regula vera non videtur eō maximē, quia quoties oratio ex vniuerso sumitur, in eaq̄ nonnihil non verum reperitur, tota redditur falsa. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Missis his, quæ ad horum resolutionē Bar. & cæteri profusius, quām par esset, scripserūt, sic dicēdū est: vt respetu identitatis substātiæ, possessio, & proprietas nihil cōmune habeat, respectu tamen generis aliqua est communio. Nulla quipperes est in orbe, quæ cū altera gene- re non sit cō:nunis, ideo recte dixerim ho- minem & asinū nihil cōmune habere, tam- 14 etsi vtrūq̄ animal sit. † Postremò ad vñ lectore aduertere volo, quod Bar. hoc lo- co, & prima oppo. vt dominij in corpora- libus cadere probet, citat. d. l. q. vsumfructū. ff. si vſusfr. peta. quæ ex sentētia Iaso. contrariū docet, tantū abest, vt probet id, ad quod à Bar. allegatur. Nā cūm eo text. parifice in usufructu possessio, & domi- nium, certo autē certius sit vsumfructum, autrem aliā, quāuis incorpore possideri non posse. l. quoties. ff. de serui. l. seruus. §. incorporales. ff. de acq. rer. do. l. si q̄des. §. si. ff. de serui. vrb. præd. Ita neq̄ in eis cade re dominij proprie dici poterit, vt vñ de- terminabile &c. idq̄ p̄bat & Bar. autho- ritate in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. posses. qui dominium definiendo, est (in- quīt) ius de re corporali perfectè disponē di, nisi lege prohibeat. Dixi (inquit Bar.) de re corporali, ad differētiā incorporaliū, in quib⁹ propriè nō cadit dominium: & quæ sequuntur verba in definitione, per- fectè disponendi, plane indicant usufructuarium dominium non habere, quādo certum sit eum vsumfructum, præterquā prop

Defendit  
Bart. ab im-  
pug. las.

Definitio do-  
minij à Bar.  
tradita car-  
pitur.

Declarata l.  
qui vsumfru-  
ctum.

proprietary nemini cedere posse. §. finitur de usufructu. & postremo dominum usus fructus, si quod est impropriè dicitur, cum aliud dominium supra se recognoscatur.

Defenditur  
Bart. ab in-  
pug. Ias.

Definitio do-  
minij à Bar.  
tradita car-  
pitur.

<sup>15</sup> Bart. in l. j. ff. de acqui. posses. † Sed defendi potest à Iaso. mortu Barto. defendere cùp possimus, in incorporalibus propriè cadere dominij, quod l. qui usumfructum probare videtur. Nec me mouet argumentum Iaso. & recentiorum, quando neq; no uum sit, ubi subest differentia ratio, unum verbum propriè, aliud verò impropriè stare l. i. ff. de offic. proconsul. Ratio autem quare in incorporalibus propriè cadere debet dominium est: quia in rebus corporalibus, ut nemini non patet, cadit, multò magis ergo in incorporalibus, cum dominium sit quid incorporale, ut in habentib; symbolum facilior fiat transitus. l. in rem.

<sup>16</sup> §. item quæcunq;. ff. de rei vendic. † Non etiam te moueat definitio Bar. in d. §. difference, quam non bonam esse ex prædictis fateri cogimur, quod & alia ratione suadetur. Nam & si quis de re perfectè & liberè disponere non possit: non dominus dici prohibetur, ut patet in prodigo, pupillo, furioso, & similibus personis, quæ tametsi de rebus suis disponere nequeat. l. obligari. ff. de auth. tut. l. is cui bonis. ff. de verb. obli. rerum tamen suarum domini sunt. l. j. §. fi. ff. de reb. eor. & hæres cui prohibita est alienatio, iuxta l. filius familias. §. diui. ff. de leg. j. nihilominus dominus est. l. his verbis. ff. de hær. insti. Præterea licet usufructarius ius illud videnti alteri præterquam domino cedere non possit. l. si usufructus. ff. de iure dot. illius tamē commo ditas, seu fructuum perceptio, alteri liberè cedi potest. l. necessario. §. fi. ff. de peric. & commo. rei vend. §. j. de usu & habit. & sic in effectu ius disponendi. Denique, ut & aliud diluamus, licet respectu dominij superioris, quod usufructuaris recognoscit, non dicatur propriè dominus, respectu tamen eius iuris videnti, de cuius dominio quæritur, usufructarius cum in eo iure neminem recognoscat propriè habere dicitur dominium. Tolle simile de eo, qui duntaxat possidet. is enim possessionis sue dominus dicitur, licet alius verus rei dominus sit. Panor. in c. j. de confir. vtil. Vnde secundum eum, cum mota quæstione super dominio lis pendeat, mota quæstione super possessione lis pendere dicetur, cum super possessionis dominio mota sit. Præterea non sequitur alium dominum recognosco, ergo dominus propriè dici non

possum. Nam nullus est rei dominus, qui imperatoris, aut principis dominiū non re cognoscatur. l. deprecatio. ff. ad l. rho. de iac.

<sup>17</sup> CVM possessione) † Inter proprietate, & possessionē latum ingensq; esse discriminē in anteludijs ostendimus. Quare hoc loco non prosequemur, sed illud tantum tractabimus, quod vulgo efferrī solet, ex separatis non recte infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. fi. ff. de calū. Nam illud hinc probari doctores scribunt, & verum est, tametsi nonnulli friuolis quibusdam, & inanibus rationibus contradicant: quippe proponit imprimis Vlpian. proprietatem cum possessione commune habere nihil, hincq; tradit acorem, qui de proprietate egit, vt pote qui rem vendicauit, non prohiberi de possessione experiri, cui iudicij proprietatis, veluti eandē causam tractantis obesse non poterit, quandoquidem illud nihil cum possessorio commune habeat, ut idem sit tantum abest. Planè quod dicimus ex separatis non inferri, verū esse existimabis, nisi esset in utroq; casu eadem ratio. l. illud. ff. ad le. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obli. Neq; enim videntur discrepancia, quæ in ratione conueniunt: quia ratio, est coniunctio diuersorum casuum ad eundem finem tendentij, dicit Bal. in l. omnes populi. col. xij. ff. de iusti. & iur. proindeq; quod lex vel scripta, vel municipalis, in certo casu, certa ratione constituit, in alio quoq; casu, in quo tamen eadem versatur ratio, tacite idem constitutum intelligi debet. l. his solis. ad fi. C. de reuo. do.

<sup>18</sup> INTERDICTUM) † Interdicere apud Iatinos phibere significat, hinc Dona. in Hecyr. Edicimus (inquit) quæ iubemus fieri. Interdicimus, quæ vetamus fieri. Itaq; prætorij edicta & interdicta dicunt, ut paulo post declarabimus. Dixerūt præterea veteres, interdicere aqua & igni, qd verò fuerit hæc interdictio, Festus Pöpeius per similitudinem vetusti moris nuptiarū ostēdit. Nux enim nuptæ, cū primū mariti domū ingrediebant, aqua & ignis à spōso per manus tradebāt, significante omnē vitā decæterò utrīq; futurā cōmūnē, q; duobus illis elementis maximē humana indigeat vita. Pariter ei, quæ Romana ciuitate pellebāt, aqua & igni interdicebant, eū cōmūnione omni ciuitatis priuatū significantes. Vnde Bud. in l. pe. ff. de do. inter vi. & vxo. exilibus, inquit, ignis & aqua interdici solebat. Adhuc enim videbāt nefas, quāuis malos homines capitū supplicio afficeret. Interdicto igit usu earū rerū, qb; vita cōstat homi

Quando ex  
separatis re  
cte infertur

Interdicere

Interdicere  
aqua et igni.

num, perinde habebat, ac si esset, qui eam sententiam exceperat morte multatus. Adeò ista duo elementa prima sunt habita, vt nec ortum hominis, nec sine ijs vitam

<sup>19</sup> crediderint posse cōstare. Hæc ille. † Nos videamus quid sit edictum, quid' ve interdictum, qua in re variatum est. Nam sunt, qui inter hæc duo nihil esse discriminis existimant, vt Ias. in l.j. col. iiij. ff. de no. oper. nunc. per l.j. ff. ne vis fiat ei qui in pos. mis. est. vbi quod Vlpia. initio interdictum dixit, paulò pōst edictum vocat. Alij hęc inter se longę lateq; differre docent. At quo modo vnum ab altero discernatur, nō sibi planè constant, crebrius tamen receptum est, vt cùm interdictum dicatur, quasi inter duos dictum, interdicta formæ sint, atque conceptiones verborū, quibus inter duos prætor aliquid statuebat, siue iubendo siue vetando, quòd tunc maximè fiebat, cùm de possessione, aut quasi inter aliquos contendebatur. §. j. &c versi. sed tamen. in insti. Itaq; si verbis præceptiis prætor vtebatur, quia tum apparebat inter duos redditū, interdictum dicebatur Quòd si inter duos non reddebatur, sed proprio officio nonnihil prætor faciebat, edictum appellabatur, vt sic non temere subiçiat Bar. in l.j. ff. de noui oper. nunc. Edictum generis. Interdictum vero speciei nomen esse.

Opin. Alcia. <sup>20</sup> Quam differentiam ridet And. Alcia. lib. parerg. iiij. cap. xv. Nam (inquit) quicquid prætor edicit, ad duos pertinet actorem, & reum. Quare secundum eum, illisc, & in l. pecuniæ verbum. §. fi. ff. de ver. sign. scendum est. Interdictū propriè dici, quo prætor aliquid iubet, vel vetat, non perpetuo, sed ad tempus, donec pleniore iudicio, de iure petitorij quæratur, quasi interim dictum. Interdicere enim est, interim dicere. Cicero lib. Rhetoricorum secundo ad Herennium. Verū horum pueriles opiniones, rectissimis rationibus cùm voles, refellemus. in præsentia hæc interdicere non alienum fuit, vt huius infantiae garrulam disciplinam contemneremus. Quo tamen loco, vt obiter admoneam, non inter dicere, (quemadmodum Alciatus docet) sed interim dicere legitur: quamobrem quòd interdicere apud veteres idē quòd interim dicere fuerit, argumēto est dictio, Interibi, qua idem quod interea significari Gellius lib. noct. Attic. iiij. cap. viij. ostendit. Consul (inquit.) Interibi dum ea pugna fit se in locos tutos atq; editos subducit. Sic & interloqui iudicem: quoniam interlocutoria sui natura finem controuer-

Interibi.

Interloqui.

siæ non imponit, sed aliam expectat senten-  
tiam. Sic & dum Regia potestas vacans  
erat, Itergem eum dixerunt antiqui, qui  
interea regis locum tenebat, & Interre-  
gnū propriè appellatur id tempus, quo  
regnum vacat rege, hoc est antequam in  
demortui locum nouus rex præficiatur.  
Mansit autem hic mos etiam post exactos  
reges, vt si qua fortuna, aut casu consules  
creari nequirēt, vel vitio creati forent, aut  
si qua turbulenta confusio, & necessitas  
premeret, donec de consulatu decernere-  
tur, aut dictator reipublicæ daretur, Inter  
reges præsident, qui populo vice consulū  
iura darent. Igitur verosimilius est dicta  
esse interdicta, quasi interim dicta, seu vt  
familiarius dicam, quòd à iudice non in  
perpetuum, sed ad tempus dicitur, saluo  
iure partium. Quòd & Pau. Iuriscons. lib.  
sen. v. tradidisse refert Ripar. in l.j. colum.  
v. ff. de interdi. subiçiens eius iurisconsulti,  
opera nostra ætate primum in lucem pro-  
dijisse, cùm antea in scita temporum, incō-  
perta forent, & incognita. Nam cùm pos-  
sessionem respiciant totam litem non peri-  
munt, cùm postea de dominio quæri pos-  
sit. † Quamobrem & nonnunquam præ-  
iudicia appellata sunt, hoc est, res, quæ cū  
statutæ fuerint, adferunt iudicaturis exem-  
plum, quod sequantur. Iudicium autem,  
res, quæ causam litemq; terminat Cicer. in  
diuina. Primum causam amici tui subleua-  
bis, de quo non præiudicium, sed planè iu-  
dicium iam factum putatur. Et pro Cluē.  
Quid est, quòd iam de Oppianici causa  
plura dicamus: apud eosdem iudices reus  
est factus, cùm is duobus præiudicijs iam  
damnatus esset. Et paulò pōst. Itaq; cùm  
Oppianicum iam perditum, & duobus  
iugulatum præiudicijs videret, de quibus  
etiam Quintilianus lib. v. cap. ii. Nunc nō  
te moueat quòd Iustinianus dicit in §. sed  
tamen. de interdict. interdicta dici, quasi  
inter duos dicta: quia, si Alciato est cre-  
dendum, non inter duos, sed interim legen-  
dum est, vt in castigatoribus codicibus  
recte impressum dicit, quām literā me nō  
legisse ingenuè fateor: mihi tamen verosi-  
mille fit, ita vt Alciatus putat legendum  
esse. Nam si vulgarem literam perspexis-  
set Laurent. Valla emunctæ narīs, acrisq;  
iudicij grammaticus, qui nec à iurisconsul-  
tis quidem temperauit, credendum est vi-  
rum illum tam absurdam interdicti etymo-  
logiam, nequaquam præteriisse, qui vsc  
adeò miserè & acriter iurisconsultos est  
cōsectatus, vt illis diē dixerit, & de verbo-  
rum

Interregnū.

Edictum.

Interdictum  
cur sic dictū.Vendicare  
quid sit.

Præiudicia.

Requisita in 23  
rei uendica-  
tione.Mulier an 24  
sit domina  
rcidotalis.

Edictum.

rum pluriū significatione, tanquam latine maiestatis lēsē reos fecerit, quos tamē multo vēriora docuisse in alienis professionib⁹, quam ipsem Valla in propria arte commentari potuerit, eleganter defendit Andr. Alciat. iureconsultus, vir ætatis nostræ doctissimus lib. de verb. sig. iiiij. Edictum verò, (vt illuc redeā vnde abij) illud erat, quod à prætoribus, iuris statuendi causa in albo proponebatur, vt cùm prætor doli metus vē causa gestum, aut vi qđ factum sit, vel clam se ratum non habiturū promittit, quæ quidem edicta, quæ vel ciuilis furis declarādi, vel interpretandi, ad iuuandi, supplendi ve causa à prætore proponebantur, vicem legis habuere, quod ius honorarium dictum est. §. prætorum edicta. insti. de iur. nat. Tanta enim (vt Fenestella ait) aucta est prætoris authoritas, vt quod prætor ipse dixisset, ob ipsius honorem ius honorarium vocaretur. Hinc veram inter edictum, & interdictum cognoscere differentiam.

Vendicare  
quid sit.

RE M vendicare.) Vendicare rem is dici-  
tur, qui eam in iudicio vt suam + repetit. Nam vendico idem est, quod meum dico, atq; (vt ita dicam) mihi approprio. Cicerō in Catilinam. Sed tamen meorum pericu-  
lorum ratiōnes vtilitas reipu. vēdicat, hoc est, suas esse dicit. Cūm enim Cicero popu-  
li Romani suffragijs consul factus esset, Ciceroni Res publica ea lege se commis-  
se videbatur, vt nullum periculum defuge-  
ret Cicero causa vtilitatis eius, & Quintili-  
ta. Rusticus petit partem honorum, ora-  
tor totum sibi vendicat. Igitur si quis pos-  
siderat rem cuius dominii ad te pertineat, eam vendicabis, hoc est, veluti tuam in iu-  
dicio repetes per rei vēdicationem. l. j. &

Requisita in  
rei vēdica-  
tione.

l. in rem. ff. de rei vēdic. + Quæ actio, vt locū habeat plura desiderantur. Et in pri-  
mis dominium ex parte agentis, nam, vt Pau. iurisconsultus inquit, in rem actio ei competit, qui aut iuregētiū, aut iure ciuili dominiū acquisiuit. d. l. in rem. Cæterū obstat, quia mulier domina est rerum do-  
talium, quæ ab initio illius fuerunt, & na-  
turaliter in eius permanerunt dominio. l. in rebus. C. de iure dot. Et tamen constat rei vēdicationem vxori nequaquam cō-  
petere. l. doce ancillam. C. de rei + vendi.  
Marti. dicebat mulierem iure saltem natu-  
rali dominam esse rei dotalis, cūm in d. l. in  
rebus. hæc verba scripta sint: Siue ex natu-  
rali iure eiusdem mulieris res esse intelli-  
gantur, vel secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam peruenisse. Et quia

Mulier an  
sit domina  
rei dotalis.

Papinian⁹ tradidit, inuento à marito in fun-  
do dotali thesauro partem eius dimidiā  
vxori restituendam, quasi in fundo alieno  
inuento. l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto  
matri. Quæ dissolutio reliquias nō placuit,  
qui tādem putauerunt, mulierem neq; ci-  
uili, neq; naturali iure, rei dotalis dominā  
esse: neq; enim id meum est, quod vendica-  
re non possum. l. quintus. §. argento. ff. de  
auro & arg. lega. l. iij. §. fi. ff. ad exhibend.  
At mulieri non datur rei vendicatio, sed  
marito. d. l. doce ancillam. Igitur maritus  
dominus rei dotalis est, non etiam vxor,  
cūm duo domini eiusdem rei insolitū esse  
non possunt. l. si vt certo. §. si duobus vehi-  
culum. ff. commod. quod & expressum vi-  
25 detur in l. si prædiū. C. de iure dot. + Nec  
eos mouet l. in rebus. ad cuius dissolutio-  
nem considerant duplex dominium verū,  
& effectuale, & hoc in persona vxoris non  
consistit, circa rem dotalē, cūm illius (vt  
sæpius dictum est) maritus sit dominus. d.  
l. doce ancillam. dominium autem verum  
apud duos pro solido esse non possit. d.  
§. si duobus vehiculum. & l. hæreditate. §.  
pater. ff. de castrensi. pecul. Considerat præ-  
terea dominium fictum, interpretatiū, siue  
intellectuale, & hoc in persona vxoris con-  
sistit. Cūm enim vxor ex cōtinuo v̄su cūm  
marito vtatur, & fruatur rebus omnibus  
mariti, nedum re dotali, atq; ideo viri &  
vxoris vna sit domus, & familia. l. j. §. si vir  
ff. ad senatuscon. Syllani. socijç diuinæ &  
humanæ domus dicantur. l. j. ff. de rit. nup.  
l. aduersus. C. de crimi. expil. hæred. &  
duo sint in carne vna. c. debitum. de biga.  
c. gaudemus. de diuor. capit. fraternitatis.  
xxxv. q. x. lex imaginariè interpretat vxo-  
rem bonorum mariti dominam esse, quæ  
admodum etiam lex filium dicit dominū  
paternæ substantiæ. l. in suis. ff. de liber. &  
posthum. non quod verè dominus sit, sed  
quadā pia legis cōsideratione, & quæ filiū  
eandem esse cum patre personā interpre-  
tatur, & effingit. l. fin. vbi fusè scripsi. C.  
26 de imp. + Quāobrem quanquā iuris sub-  
tilitate constitutum sit maritum posse rem  
dotalē vendicare, non etiam vxorem. d.  
l. doce ancillam, hoc tamen in regno mori-  
bus inductū est, vt non possit vir sine vxo-  
re, neq; econtra, sed vtracq; persona neces-  
saria sit: propterea quod vir habeat ius  
v̄susfructus, vxor verò proprietatis. Iudi-  
cium tamen possessorum solus vir deduce-  
re potest, cūm naturaliter possideat, & sen-  
tentia lata contra ipsum nocebit vxori. l.  
sæpē. ff. de re iudic. hæc Masuer. in titu. de

Declarata l.  
in rebus. C.  
de iur do.Quid regni  
moribus sit  
inductum.

27 dot. & mat. † Desideratur secūdo in hac actione possessio ex parte rei conuenti. l. officium. l. sicut autem ff. de rei vendi. l. i. ca. vbi in rem acti. exercer. deb. l. vnic. C. de ali. iud. mu. caus. fac. Qua in re queritur nunquid detur contra ciuiliter tantū possidentem rei vendicatio, puta contra eum, qui rem, quam possidebat in feudu cōcessit. Accursi. vbiq; tenuit quod sic. in rub. ff. de rei vend. in. l. Pomponius. §. si is qui precario. ff. de preca. & in l. i. C. vbi in re act. sequunt reliqui per tex. in l. cuiuscumq;. §. i. ff. de usufr. vbi naturali possessione apud usufructuarium existente inter alios agitabatur quæstio proprietatis. Probatur præterea, quia actio ad exhibendū est præparatoria rei vindicationis. l. i. ff. ad exhib. Et tamen Vlpia. dicit actione ad exhibendum agi aduersus possessorem, non solū qui ciuiliter, sed qui naturaliter incumbit possessioni. l. iij. §. fi. ff. ad exhibē. Cæterū non videtur vera hæc communis traditio, cum is tantum rei vindicatione conueniat, qui facultatem habet rei restituendæ. l. officium, in fi. & l. si à bonafidei. §. fin. & l. seq. ff. de rei vendi. Et quoniam dominus seruum, qui in fuga est, ciuiliter possidet. l. i. §. per seruum. j. ff. de acquirē. posses. & tamen cum illius restituendi facultatē non habeat, licet possideat, ad exhibendum nō tenebitur. l. celsus. §. fin. ff. ad exhibēdum. Igitur nec dabitur rei vēdicatio, cum illius (vt iam diximus) præparatoria sit ad exhibendum. Iis facile sibi persuasit Guiliel. Cug. in d. l. i. C. vbi in rem acti. à cōmuni sententia excipere casum, quo ciuiliter possidens rei restituendæ facultatem non haberet, ad stipulante Ang. Perus. in l. si quis vi. §. differentia. col. xiiij. ff. de acquirē. pos. Reliquis tamē neq; iniuria reclamātibus, qui sine distinctione putant cōtra ciuiliter possidentem dari rei vindicationem. Nā et si rei, hoc est, corporis, facultatem restituendi non habeat: ciuilem tamen possessionem restituere potest, quia condēnatus se tenere & possidere ciuilem possessionē victoris nomine constitutus. Trāslata quippe erit in victorem possessio, quando certum sit eum possidere, cuius nomine possidetur. l. quod meo, in princip. ff. de acquirē. posses. c. cum venissent. de restitu. spoli. sicq; esse non potest iudicium elusorium contra ciuiliter possidentem intentatum. Nec te moueat. l. Celsus. §. fi. qui in actione ad exhibendum loquitur, quæ & si aliquando præparatoria sit rei vindicationis: longē tamen habet ab hac diuersam natu-

Rei uendictio an detur contra ciuiliter possidentem.

Defendit cō munem sententiam.

ram. Nam petit, qui rei vindicatione experitur, vt dominus declaretur. l. & ex diuerso. §. j. ff. de rei vendi. tumq; reus possidens ad rei restitutionem cōdemnabitur. Quod si forte fortuna possessor reus non reperiatur: nō tamē erit propositū iudiciū actori inutile. Quoniā si probauerit se dominū actor, declarabitur iudicis sententia dominus. Et licet tunc reus, quia non possidet absolutur: effectum tamen mirabile habebit hæc sententia. Quoniā si postea idem reus possidere incipiat, poterit sine nouo processu in eum mandari executio. l. i. qui secūdum Bart. literis aureis ad notādus esset. ff. de except. rei iudic. † Sed stante communi opinione videamus, num lata sententia contra ciuiliter possidentem, obstat naturaliter possidenti. & Accursi. vbi supra, cui cæteri assentuntur, tenet quod non. Solent tamē excipi duo casus. Primus, si naturaliter possidens sciret litē motam contra ciuiliter possidentem, & nō contradicat. Accursi. in d. l. i. C. vbi in rem act. per l. sāpē. ff. de re iud. quod ego non probo: tum quia nemo cogitur, ante iudicium de iure suo aliquid † respondere. l. i. §. fi. ff. de interrog. acti. tum quia omnia iura quæ dicunt sententiam contra vnum latam alteri scienti & nō contradictenti obesse, obtinent, cum illud idem ius, quod ad tertīū pertinebat fuit deductum in iudicium, secus si aliud quāuis ex eodē fonte ortum deductum esset. l. si cum vno. ff. de except. rei iudi. & p̄batur in d. l. sāpē. vbi Paul. Castren. & Alexā. col. iij. Tradit etenim eo loco Marcellus, vt si cōtra vnu ex hæredibus agatur ad dīmidiam debiti, isq; cōdemnetur, alteri integrum esse defensionem etiam si cum cohærede suo agi scierit, quoniam non ad eandē rem agitur. Diuisæ nempe sunt l. xij. tab. inter hæredes actiones hæreditariæ, p̄ hæreditarijs portionibus. l. i. C. si cert. peta. l. pro hæreditarijs. C. de hære. actio. Igitur (vt in viā redeam,) cum contra ciuiliter possidente, ad ciuilis possessionis restitutionem actū sit, lata sententia naturaliter possidenti nō obserit, quando contra eum ad aliam rem agatur, nempe ad naturalis restitutionem, fa. tex. in l. i. C. de fid. instru. Alter casus est, cum naturaliter possidens in ius vocatus est cum clausula, si sua putauerit interesse, nam tunc lata sententia ei nocebit, vt Ange. & pleriq; tenet in d. §. si is qui præcario. Sed neq; vera est apud me hæc limitatio, quoniam ex sola in ius vocatione nō comparens dūtaxat efficitur contumax, sola

l. sāpē.

Sententia cōtra ciuiliter possidentem an obstat naturaliter possidenti.

Exploditur prima docto rum limitatio.

Rei uendictio an cōtra detētatem detur.

Sustinetur cōmuni opino.

Carpitur quoq; secun da scriptorū limitatio.

sola autem contumacia ad priuandū quē iure suo non sufficit, sed in eum parat ius alia remedia. c. tuæ. & c. quoniā frequēter. §. in alijs. vt lit. non contest. Panor. in proprijs terminis in c. cūm super. col. vij. de re iudi. Quod ita interpretandum est, si qui in ius vocatus est nō comparuit, alioquin ei comparenti, & assistenti liti, præjudicaret sententia, non propter citationem, sed quoniā astitit causæ, causamq; instruxit: iuxta not. in l. si suspecta. ff. de inof. test. & in l. si pro lusorio. §. quoties. ff. de appell. Quò fit, vt rectè inferamus, ei, qui tantum sententia tēpore præsens fuit, sententia nō obesse. Nāq; scientia, de qua lex sāpē loquitur, & nos verba facimus, debet esse tēpore processus, neq; satis est eam superuenire post sententiam. Bal. in l. ij. C. de fide instru. per l. si dictum. §. simili modo. ff. de euict. tradit familiariter Franciſ. Aretin. in d. l. Pompo. §. si is qui præcario. ff. de acq. posse. † Porrò ad hæc tractari potest, nūquid rei vendicatio cōtra simplicem detentatorem proponi possit, quod Bart. putat in d. §. si is qui. & Bal. in l. ij. q. C. vbi in rem actio. subiçiens tria esse, quæ in rem actionem pariunt aduersario, possessio ciuilis, naturalis, & detentatio, & videt tex. expressus in l. officium, in fine. ff. de rei vēdi. qui dicit ab eo, apud quem res deposita est, vel commodata, vel qui cōduxerit, aut qui legatorum seruādorum causa, vel dotis, vel vētris nomine, vel cui damni infecti nomine non cauebatur, ab his omnibus, tametsi non possideant, cūm tamē teneant, & rei restituendæ habeant facultatē vēdicari posse. Adde tu text. in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. Si tamen (inquit illic Vlpia.) nummi extent, vendicari eos posse puto, à depositarijs. Altij, vt Innocen. in c. quoniā frequēter. §. quòd si super. vt lite non contest. & Angel. in d. §. si is qui. negant contra detinentem dari, si constat eum nō possidere, sed detinere, propterea quòd tunc deficiat principium formulæ ex parte conuenti, scilicet possessio. l. j. C. de alie. iudi. mut. caus. fact. c. examinata. de iudic. Quòd si incertum sit possideat, vel detineat reus, eo tantum casu superiorem opinionē veram admittūt. Quoniā tunc ex detentione præsumitur possessio. Accurs. in l. stipulatio ista habere licere. §. hæc quoq; ff. de verbo. oblig. Ego primam opinionem, quæ cōmunis est, virorem puto, vt detur contra detinentem rei vendicatio, in cuius tamen potestate est vitare iudicij, si dominum in iudicio no-

minare malit. l. ij. C. vbi in rem acti. Nec me mouet quòd diximus ex parte rei conuenti possessionem desiderari. Nā hoc in negotio satis possidere dicit qui detinet. d. l. officium, in fine. Neq; est nouum, verbo possessionis, cūm id subiecta materia suadet, nudam detentione significari. l. communis diuidendo. §. neq; ff. cōmuni di u. l. ij. §. quod vulgō. ff. pro hæred. cūm & aliquando Vlpianus responderit, interdicto, de tabulis exhibendis, eū, qui detinet, eum' ve, apud quem tabule depositæ sunt, recte cōueniri. l. locū. §. j. ff. de tabu. exhib. Quanquam dixisset prætor: quas tabulas quisq; ad causam testamenti sui pertinētes reliquisse dicetur, si penes te sunt, illas exhibeas. l. j. ff. de tabu. exhibē. & penes te esse illud dicatur, quod quodāmodo à te possidetur, atq; ideo depositarius, commodatarius, & colonus apud se, non etiam penes se habere dicantur. l. penes te. ff. de verbo. signi. Rursus desideratur in hac actione, vt res, quæ vendicatur, corporalis sit. §. omnium. de actio. idq; suadet ratio. Nam (vt diximus) possessio, est quæ aduersario in rem actionē parit, constat autem res incorporeales non possideri. l. seruus. §. incorporales. ff. de acqui. rer. domi. Quamobrē nec vēdicari poterunt. Idecircoq; qui peculium vendicaturus est, nō peculium cūm illud nomen iuris sit, atq; ideo incorporale. l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. dot. fact. ) sed res singulas vendicabit. l. vendicatio. ff. de rei vendi, † Hinc iurisdictionem vendicari non posse, quis est qui non videat, cūm incorporalis sit. Etenim neq; videri, neq; palpari potest. l. j. ff. de rer. diui. Sed dices, ergo qui iurisdictionē mēa iniuria occupat, cum alterius iactura lucrum facit, cūm actionem ad eam vendicādam nullam habeam. Minimē sanē. Nam vel de iurisdictione cōstituēda, vel de iam constituta tractatur. Si de constituenda, vt quia patri meo venditam, sed nondum traditam iurisdictionem contēdo, actione ex cōtractu aperta ex empto agam, arg. l. corruptionem. C. de vſufruct. Si verò de iam constituta, vt quia vendita fuit patri meo, quē vti ea venditores passi sunt, locum habebit vtilis confessoria: nam quemadmodū pro vera seruitute directa datur. l. quoties. ff. de serui. vrba. prædio. sic & pro iurisdictione, quæ species seruitutis est, dabitur vutilis. argu. l. pictoris. ff. de fund. instru. Specu. familiariter in titu. de caus. posses. & proprie. §. sequit̄ videre. ix. col. Hodie autē solet in hoc regno pro iurisdictione,

Rei uendica  
tio an cōtra  
detentatorem  
detur.

Suffinetur  
cōmuniſ ō  
pinio.

Quo pacto  
ad occupatā  
iurisdictionē  
agatur.

ate. p. c.  
entia cō  
ciuiliter  
identem  
obstet na  
cliter pos  
nti.

exploditur  
ma docto  
n limita

Carpitur  
oq; secun  
scriptorū  
nitatio.

ctione, iudicium possessoriū intentari. Postremò desideramus in hac actione rei ven-  
dicationis, rem, quæ vendicatur, esse in cō-  
mercio hominum, ut sic res sacræ, aut reli-  
giosæ, quæ ve illis adhærent, vendicari nō  
possint. l. in rem. §. j. & l. quæ religiosis. ff.  
de rei vendica. intellige quasi nostra, cùm  
in nullius bonis sint. §. nullius. de re. diui-

Episcopus 32 uendicat eccl laicus ius pa- tronatus.

Possessorio 33 iudicio du- pliciter renūtiatur.

Ius † etenim quod habemus in eis utiq; vendicare possumus. Quāobrem episco-  
pus, qui nullum habet ecclesię dominū, rāmen ecclesiam sibi subiectam vendicat,  
ratione iuris episcopaloris, quod in ea habet.  
c. cùm venerabilis. in fi. de excep. & posset  
laicus vēdicare ius patronatus, quod in ec-  
clesia habet. Bar. in l. in rē. §. loca. ff. de rei  
vēdi. Panor. in c. examinata. col. v. de iud.  
POSSESSIONI renuntiasse.) † Duplici-  
ter potest quis iudicio possessorio renun-  
tiare, vel expresse, cùm nominatum agens  
se nolle eo experiri dicit, vel tacite, quod  
contingit per propositionē petitorij: quip-  
pe ei, qui possidet non datur rei vendica-  
tio. §. omniū. de act. c. examinata. de iudi.  
Qui ergo petitorio iudicio vtitur, aduersa-  
rium possidere dicit & in consequens se  
possidere negat, quānobrem possessioni  
renuntiare intelligitur. Accurs. in l. si duo:  
ff. vti possi. quāadmodum & qui post diē  
cōmissoria legi cōstitutam pretium petit,  
legi commissoria renūtiare videtur. l. post  
diem. ff. de l. cōmis. l. commissoria. C. de  
pact. inter emp. & vendi. Quod ita obti-  
net, si qui petitorium proponit se posside-  
re sciebat, alioquin non videretur posses-  
sioni renuntiasse, qui rē vendicauit, vt hoc  
textu, quem ita Accur. Bar. & cæteri inter-  
pretantur, vt qui rei vendicatione egit, se  
possidere nesciret, vt pura, quia per filii;  
aut seruum possidebat, quo casu constat  
non aliter amitti possessionē, quām si eam  
alius ingressus fuisset. l. peregrī. §. fin. hoc  
tit. Necq; enim iuri, quod quis ignorat sibi  
competere, renuntiare aliquem credendū  
est. l. mater. ff. de inof. testa. l. tres fratres. ff.  
34 de pact. † Verū hæc interpretatio tex.  
nostro minime cōuenit, quia manifeste di-  
uinat, & nimium tex. restringit. Quāob-  
rem ego aliter dicerem, hoc loco pro regu-  
la tradi, eū, qui agit petitorio, possessioni  
nequaquam renuntiare, prompta ratione.  
Quoniam ab eo, qui possidet, iudicij rei  
vendicationis inutiliter proponitur. l. j. §.  
interdictū. ff. vti possid. §. æquè. de actio.  
in institu. c. examinata. de iudicij. Sicq; sit  
satis ei, quod vulgo dicit solet, eligens vñū  
ex contrarījs duobus, censemur alteri renū-

tiare. l. post diem. ff. de l. cōmiss. Nam hoc  
ita obtinet, nisi actus contrarius secun-  
dū intentionem agentis effectum non ha-  
beat. l. si iure. ff. de lega. iij. quemadmodū  
cūm qui possidet, rei vendicatione experi-  
tur. Is enim & se dominum declarari, &  
possessionem sibi restitui petit. l. officiū. &  
l. qui restituere. ff. de rei vendicatione fieri  
autem non potest, vt possessionem ab alio  
actorcōsequatur, quam solus ipse habet;  
quam etiam si perdat, nō mox aduersario  
querit, cūm corpus & animus in quaren-  
da possessione necessaria sint. l. iij. in prin.  
& l. quemadmodum, hoc titu. His parum  
obest, quod Alexan. hoc loco. col. xvij. scri-  
bit, in possessorijs regulam l. si iure, veram  
non esse, quod in his constet amitti posses-  
sionem, & si non sortiatur effectum actus,  
secundum agentis intentionem: ideoq; si  
maritus donationis causa vxori possessio-  
nem cedat, et si donationis actus non sub-  
sistit, cūm tamē maritus noluit possidere,  
protinus amisiit possessionem. Et qui fu-  
rioso, quē sanæ mentis existimat, rem tra-  
dit, licet ille non erit adeptus possessionē:  
tradens tamē possidere desinit. l. j. §. si vir.  
l. quod meo. §. si furioso, hoc tit. Nam, vt  
Ias. & recentiores rectissime adnotauerūt,  
hoc in dictis iuribus ideo constitutum est,  
quoniam ea erat agentis intentio, vt perde-  
ret possessionē. Atqui in terminis nostris  
agens eo tendebat, vt possessionem nanci-  
siceretur, non etiam vt perderet.

35 Q VI rē) Rei † verbū generale est. l. j. ff. de  
reb. cred. quin & illud lati patet, quā pec-  
uniæ verbum. Nāq; rei appellatio etiā quæ  
extra patrimonium nostrum sunt cōtinet.  
At pecuniæ appellatio ad ea duntaxat re-  
fertur, quæ in patrimonio sunt. l. rei appel-  
latio. ff. de verb. sig. quo loco exemplū ad  
fert Accurs. rei sacræ, & liberi hominis.  
Hæc enim in patrimonio nostro non sunt.  
§. nulli. de rer. diuisi. in insti. Ideoq; neq;  
vendi, neq; distrahi, aut quoquomodo in  
pecuniam cōuerti possunt. l. idē Julianus.  
§. fi. ff. de lega. j. quānobrem verbo rei, nō  
etiam pecuniæ veniunt. Quod Alciat. non  
probat, qui aliter Paul. Iurisconsulti verba  
explicat, vt ea res mea dicatur, & quæ in  
patrimonio non sit, veluti si de filio, vel a-  
mico sentiens commendem tibi res meas,  
vel de capite periclitans, dicam rem meam  
agi, quod significationi, quām habet pecu-  
nia minime conuenit. † At mihi aliter vi-  
sum est quādoq; verba Paul. interpretari,  
qui idecirco rei verbū latius esse, quām pe-  
cuniæ docet, quād verbo rei omne quod  
ab

Diluit argua-  
mentum A.  
lexan.

Rerum ap- 37  
pellatiōe an-  
homines ue-  
niant.

Improbata  
Pau. Cast. de-  
claratio.

Verbum rei  
& pecunia.

Declaratio  
Alciati.

Donans res 38  
suas an nomi-  
na donare in-  
telligatur.

No. declarat  
ad l. rei ff. de  
uerbo signi.

Excussa l. si 39  
in rem.

ab homine corporaliter, vel incorporaliter, oculariter, aut intellectualiter, considerari potest, veniat, proindeç apud logicos appelletur terminus transcendens, id est, superas omnia significata, qui & ad omnia accommodatur, ceterum pecuniae appellatione non nisi ea, quae in hominum sunt potestate comprehenduntur, siue tamen iura, siue corpora sint. l. pecuniae nomine. ff. de verb. sig. Ethunc verum esse sensum Paul. iurisconsulti semper existimauit, quem iuuat illud Ausonij poëta: Imperium, item,

Rerum apppellatio an homines uenant.

<sup>37</sup> Venerem, cur vna notat res. † Hinc patet, rerum appellatione homines contineri, quod in seruis Paul. Castr. in l. omnia. §. fi. per illum tex. ff. de lega. j. intelligit, cum de illis idem sit, quod de asinis, equis, & mulis iudicium. At liberas personas verbo rei non venire autumat, quod & l. j. ff. de statu hominum, probare videtur. Omne ius, (inquit illic iurisconsultus) quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Nam si rerum appellatione personæ liberæ venirent, frustra illas à rebus separasset. similis tex. in §. fi. de iure nat. in insti. & huic dicto Cast. nemo refragat. At ego illud verum non puto per l. j. §. quædam præterea. ff. de re. diui. Quædā (inqt tex.) res corporales sunt, quædā incorporales, corporales sunt quæ sui natura tangi possunt, veluti homo, fundus, vestis. Huic conuenit. §. j. de reb. corpora. in institu. Mōuet me deinde. l. j. §. per hāc. ff. de rei vēdi. qui liberas personas, veluti filios adiecta causa de iure ciuili Romanorum vēdicari posse tradit, cum tamen titulus rem in genere vendicari dixisset. Nec te terreat l. j. ff. de stat. ho. Illic enim sit personarum, & rerum distinctio facilioris traditionis gratia, non ut personas negare velit rerum appellatione contineri. Alioquin nec actiones (quæ etiam eo loco à rebus distinctæ sunt,) rerum verbo venirent, cum tamen indubitatum sit rei verbo iura & actiones cōtineri. l. rei appellatione. ff. de verb. sig.

Improbata Pau. Cast. de claratio.

<sup>38</sup> Hinc † fructuosè subinfertur eū, qui donat, omnes res suas, nomina etiam debitorum donare videri. l. nam quod. §. fin. ff. ad Treb. per quem tex. ita aduersus Dyn. & Guiliel. respondit Bar. in l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. Nomine quippe rerum vniuersa hominis substantia continetur. Bal. in l. licet inter priuatos in vlti. no. C. de pact. Porro quod verbum rei non sit generale aduersus prædicta probare vi detur text. in l. si in rem. † ff. de rei vendi. qui expressè dicit agentem actione in rem

Excussa l. si <sup>39</sup> in rem.

Donans res suas an nomina donare intelligatur.

designare rem debere, & vtrum totam, an partem, an quotam. Appellatio enim rei (inquit tex.) non genus, sed speciem significat. Antiqui, quos Accurs. in l. j. ff. de rebus creditor. refert, in personalibus actionibus verbū rei generale esse crediderūt, non in realibus. Quæ solutio (& merito) explosa est. Nam quod iurisconsultus in d. l. si in rē. in realibus docuit, alibi in personalibus, obseruandū esse tradidit. l. in actione. ff. de furt. Rectius igitur est, vt dicamus verbū rei sine dubio generale esse, & omnia complecti. Præterquam in petitionibus, & libellis, in quibus, quoniā certa & limitata lex exprimi debet, vt inde iudex certam sententiam ferre possit, verbū rei non genus, ne incertū petere videatur, sed speciem, id est, rem certā significat. d. l. si in rē, & ita Accur. Bar. & ceterorū in d. l. j. ff. de reb. cre. dissolutio explanāda est.

Vera dissolu  
tio.

### SUMMARIUM EORVM QVAE à Doctoribus nobisq; excussa sunt.

- 1 Absolutoria in petitorio, an obstat agenti possessorio.
- 2 Possessorum quod datur habere admixtam causam proprietatis.
- 3 Ripario, quædam declaratio explosa.
- 4 Sententia inter easdem personas facit notorium.
- 5 Defenditur ab omnium impugnatione Barto.
- 6 Communis doctorum interpretatio rejicitur.
- 7 No. & uera dissolutio.
- 8 Notorius tituli defensus, an agentem recuperandæ repellat.
- 9 Explicata l. bonafides. ff. deposit.
- 10 No. interpretatio c. significasti. & c. porro. de diuort.
- 11 Cumulatio quid sit.
- 12 Cumulatio quando sit permitta.
- 13 Excussus s. sed neq; de fideiuss.
- 14 Vera l. fundi. & l. fundum declaratio.
- 15 Maiori rei quando præiudicium fiat.
- 16 Declarata præter alias l. si ante.
- 17 Legatarius ut legatum consequatur qua actione uti posse.
- 18 Actiones contrarie an cumulari possint.
- 19 Petitorum & possessorum adipiscendæ an cumulentur.
- 20 Quid in possessorio recuperandæ.
- 21 Petitorum an per interdictum unde ui suspendatur.
- 22 Defensa communis sententia.
- 23 Alex. ratio aduersus l. probata.
- 24 Explanatum c. j. de resti. spol.
- 25 Possessorum retinendæ, an cum petitorio cumuletur.
- 26 Plures casus excepti à regula.
- 27 Agens in rem, duo potissimum petit.
- 28 Possessorum causam proprietatis admixtam habens, cum petitorio non cumulatur.
- 29 Probationes factæ in summario iudicio, an faciant fidem in plenario.
- 30 No. & uera antiquæ antinomie dissolutio.
- 31 Ascribitur falsò à nostratis Pe. Bellaperti. opinio.
- 32 Explanatur præter alias anceps questio.
- 33 Improbata communis declaratio.
- 34 Appellans aduersarium spolians, appellationis beneficium perdit.

Excep

- 35 Exceptiones dilatoria interdum post item contestata proponuntur.  
 36 Litus contestatio an in iudiciis possessoriis necessaria sit.  
 37 Sententia lata in possessorio est diffinitua.  
 38 No opinio.  
 39 Periculum si sit in mora legum solennitates remittuntur.  
 40 Octo remedia ad recuperandam possessionem prodita.  
 41 Interdictum unde ui, an detur contra singularem successorē.  
 42 Enucleatum c. sēpē de resti spol.  
 43 No. circa illud c. sēpē opinio.  
 44 Explicata l. uitia ff. de acqui possess.  
 45 No declaratio.  
 46 No sensus ad 6. Aliquando l. si cum exceptione.  
 47 Interdictum unde ui, an detur contra successorē uniuersale.  
 48 Vtrum etiam pro rebus soli, solum competit.  
 49 Officium iudicis, an detur contra scientem succedentem in uitium.  
 50 Interpretatio uera c. quia V. de iud. & c. bone de app.  
 51 Attentata antelitem contestata quando sint reparanda.  
 52 Utile est officium iudicis, interdicto unde ui.  
 53 Officium iudicis, an detur contra possessorem bone fidei.  
 54 Et quid in eo qui sua culpa possessione cecidit.  
 55 Officium iudicis, pro recuperanda tenuta datur.  
 56 Agenti c. sēpē an obest exceptio proprietatis.  
 57 No opinio.  
 58 Scientia si puniatur quando exigatur.  
 59 Enucleata singularis traditio.  
 60 Successor singularis presumitur ignorare uiolentiam.  
 61 Verisimile est nos scire, quae palam sunt.  
 62 Coniunctus quando scire facta coniunctorum credatur.  
 63 Panor. sententia sine distinctione probata.  
 64 Vicinus quando presumatur scire facta vicini.  
 65 Remedium c. sēpē datur contra quēcunq; successorem.  
 66 Remedium c. reintegrāda, an detur contra successo. bone fidei.  
 67 Probata contra communem opinio.  
 68 Auxilium c. reintegranda an detur pro rebus laicorum.  
 69 Exorbitans dispositio fauore anime extenditur.  
 70 Occupans uitem propriam eam perdit, quod si alienam tandem restituit.  
 71 Collatio tantum in collatiis, quantum in electiis, electio operatur.



X P L I C I T I S ijs, quae ad literae nostrae declarationem pertinent, paucis quae de possessorio & petitorio doctores passim scribunt, tractemus, quod in omnium gratiam familiariter ut doceamus, de more regulas constituimus.

Prima. Nihil commune habet proprietas cum possessione, quae cum satis abundeç in textu à nobis discussa fuerit, de ea nunc silebimus.

Secunda res 1. Secunda regula. + Absolutoria lata in petitorio, obstat agenti possessorio, admixta proprietatis causam habente. l. ij. §. quedā. ff. de interdictis. + Dicitur autem possessorium habere causam proprietatis mixtam, vt illic declarat Accurs. cūm, vt ex eo obtineatur dominium, aut quasi probare necessum est: verbi causa, in interdicto de itinere actuā priuato, si agatur, vt iter refi-

cere licet. l. iij. §. hoc autem ff. de iti. actuā pri. Hincq; huius regulæ facilis fit tibi ratio. Quoniam de titulo, seu proprietate in possessionis causa doceri debet, hæc autē in petitorio finita est, & terminata. Panor. in c. pastoralis. col. viij. de caus. pos. & proprie. Ex hac etiam regula per pulchre inferas, quod cum sacerdotia sine titulo & canonica institutione possideri neq; possint, neq; debeant. c. ex frequentib. de insti. c. j. de reg. iur. in vj. agens super his possessorio, quod aliquam tituli probationem requirit, ne ad sacerdotia vitiosus pateat ingressus. c. vnic. de eo qui mitt. in pos. in vj. exceptione rei iudicatæ super titulo beneficij, neq; iniuria, depelletur. Panor. in c. in literis de resti. spoliat. Inferre deinde potes, quod cum liberæ personæ possessio sine titulo haberī non possit. l. j. §. per hanc. ff. de rei vend. l. cūm hæredes. §. si. ff. de acq. pos. possessorum quātum ad liberas personas admixta causam proprietatis habet, quale est possessorum coniugum. Neq; enim sine legitimo matrimonij titulo coniugis possessio haberī potest. c. ex trāsmis. sa. c. ex parte. de resti. spol. quod & Ripar. hīc col. viij. adnotauit.

Tertia regula, Lata pro reo in petitorio sententia agenti possessorio adipiscendæ non obstat. Bart. & cæteri hīc declarantes hoc procedere, si reus ideo absolutus sit, quia actor non probasset, vt in dubio præsumitur. Bart. in l. Julianus. col. ij. ff. de cōdict. indebi. Si quidem tunc nihil de iure possessoris sit iudicati. l. si inter me & te. ff. de excep. rei iud. l. sed & si possessori. ff. de iure iur. Secus si reus ideo absolutus fuisse, quia se dominū rei probasset, deçq; sententia paratus esset docere incontinenti, ita interpretantes quod Accur. in l. si de vi. ff. de iudi. adnotauit. Ad cuius declarationis confirmationē præter alios tex. producere solitus sum in l. iij. §. causæ. ff. de Carbo. edict. Vbi si euidenter probetur agentem filium non esse, negari debet honorū possessio Carboniana. Addel. l. si is à quo. ff. vt in poss. legato. Neq; enim sine dolo facere videtur, rem postulans, quam cōfestim est restituturus. Planè hoc nō obtinet cum in pœnam rei de mendacio conuicti agenti conceditur possessio. Nam quāquā reus, qui se falsò possidere negauit, statim dominum probare contendat: ad aduersariū tamen actorē nihilominus possessio transfertur. Accur. & Bart. in l. si. ff. de rei ven. Accur. in authen. itē possessor. C. qui potio. in pig. habeantur.

Terția regula.  
Quid in possessorio adi-  
piscendæ.

Declaratio  
Francis. R. 3  
par.

Opinio R. 3  
par. subuer-  
sa.

Pœna men-  
dacijs.

Quarta rea-  
gula.  
Quid in pos-  
sessorio reti-  
nende.

Quarta rea  
gula.  
Quid in pos  
sessorio reti  
nende.

Declaratio  
Francis. Ri  
par.

Opinio Ri  
par. subver  
sa.

Tertia regn  
a.  
Quid in pos  
sessorio adia  
piscende.

Poena meno  
racionis.

Quarta regula. Agenti possessorio reti  
nendæ, obstat exceptio rei iudicatae in pe  
titorio. Dyn. in cap. qui ad agendum. de  
regu. iur. in vj. Alexand. & posteriores in  
d.l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de ac  
quiren. posses. Cum enim apud eos explo  
ratum sit agentem recuperandæ possesso  
rio, quod longè fauorabilius est, repellit,  
multò magis agens retainendæ repelletur:  
& ita crebro docto. tenent, confutata ad  
uersantis Barto. opinione, quam tamen  
nonnulli colorata ratione confirmant. Nā  
petitorium & possessorium retainendæ cu  
mulantur. d. §. nihil commune. Absolutio  
ria igitur lata in petitorio agenti possesso  
rio obstarere non debet propter cōcursum.  
l. fundum. & l. fundi. ff. de excep. Bart. &  
cæteri in l. edita. C. de eden. Sed hæc ab  
intellectu tam §. nostri, nihil cōmune. quā  
l. fundum. pendent, quæ nos in cumulatio  
nis tractatu excutiemus, quo loco cōmu  
nis sensus ad l. fundum. explodetur. † Cæ  
terum regulam nostram nouissimè Fran  
cis. Riparius hic, col. xv. veram esse decla  
rat, nisi actor pro turbatione post senten  
tiā facta ageret: potuit quippe actor post  
sententiam quæsiisse dominum. Idem etiā  
censem, si ageret pro turbatione ante senten  
tiā, & reus absolutus fuisset, non quia se  
dominū probasset, sed quia actor nō pro  
bauerat, quoniā nihil tūc de iure rei iudica  
tū est. l. si inter me. ff. de excep. rei iud. l. sed  
& si possessori. ff. de iure iur. Ad hæc & si  
aduertat nemo, affirmare tamē ausim ve  
ra nō esse. Quādoquidem possessio illi sit  
adiudicāda, qui prima fronte ius porētius  
habet. c. licet causam. de pbat. tantū abest,  
vt ab eo euelli possit. Quis autē negauerit  
reū, q̄ possidet, quiq̄ pro se sententiā ha  
bet, n̄i aliquid deinde deceatur, firmius &  
apparentius ius habere? Proinde & pro  
turbatione siue ante sententiā, quia nō pro  
basset actor, siue post sententiā, quia se do  
minū docuissest reus, rursus agentē retain  
dæ absolutoriā depellere, verissimum esse  
contra Ripar. existimauerim, nec ob eam  
rem præiudicūt actor sibi fieri putet, cum,  
si dominū postea quæsierit, rei vēdicatio  
ne experiri posse, nec rei iudicatae exce  
ptione repelle, quādo non sit eadē causa  
petendi. l. si mater. §. eandē. & l. & an eadē.  
ff. de excep. rei iud. Porro hæc in exceptio  
ne sententiæ vera sunt. Cæterum exceptio  
dominij, quā aliter, quām per sententiā etiā  
incontinenti reus probare offert, per testes  
puta, aut instrumenta possessorio retainen  
dæ agēti nō obstat. Bar. hic. Bart. & Areti

in l. si de eo. §. fi. ff. de acqui. posses. quorū  
opinio quāuis à nonnullis cōtrouertatur,  
tandem tamen obtinuit: nam vt Panor. in  
c. in literis. col. ij. de restit. spolia. inquit, si  
secus diceremus, liceret ei, qui dominium  
habet possessorum in possessione sua im  
pune molestare, cōtra l. si quis in tantā. C.  
vnde vi. & c. eum qui beneficiū. de præbē.  
in vj. Alia item ratione hoc receptū est, ne  
homines ad arma, & rixā procedant, atq̄  
ad delicta inuitentur. l. æquissimum. ff. de  
vſufr. l. conuenire. ff. de pact. dot. Ijs nimis  
generaliter locutum esse Accurs. in l. si de  
vi. ff. de iudi. quis est, quinō videat: cū tra  
didit eum, qui quoq̄ genere possessorij  
agit, exceptione dominij repelli, si de illo  
reus paratus sit docere incontinenti.

Quinta regula. Absolutoria lata in peti  
torio, obstat spoliato agēti possessorio re  
cuperādæ, cōmunis est docentiū sententia  
aduersus Bart. in d. §. nihil cōmune. quam  
duabus potissimū rationib⁹ cōfirmat. Pri  
ma, † quia lata in fauore rei sup petitorio  
sententiā, inter easdē psonas facit notoriū.  
l. emptorē. in princ. ff. de actio. emp. c. Ve  
stra. de cohabiti. cleri. & mulier. Barto. in l.  
ictus fustiū. ff. de his q̄ not. infa. Exceptio  
autem notoria defectus iuris proprietatis,  
agēti spoliato recuperādæ obstat. c. ad de  
cimas. vbi glo. de rest. spoli. in vj. c. signifi  
casti. de diuor. Quāobrem Alexā. quē alij  
sequuntur, in l. si rē aliquā. ff. de acqui. poss.  
defendit, notoriū dominij defectū, obstarere  
agenti remedio l. si quis cōductionis titu  
lo. C. locat. quod tamē recuperādæ est se  
quitur Curt. cōsil. lxxij. col. vij. Secunda ra  
tio, nam spoliatus, qui interdicto, vnde vi,  
ante omnia possessionē nancisci poterat. l.  
si quis ad se fundū. C. ad l. iuliā. de vi pu  
blic. ex quo dominij quæstiōne prius tra  
ctari passus est, in eademq̄ succubuit, sibi  
in possessorio recuperādæ vſq̄ adeo præ  
iudicauit, vt ad illud redire amplius ne  
queat. c. j. de rest. spolia. Qua ratione ad  
iuat Alex. & sequaciū declaratio, vt intel  
ligat̄ regula hæc cōmunis, in spoliato ante  
cōtrouersum petitorū. Nā si spoliat⁹ esset  
post sententiā, apud omnes in cōfesso est,  
exceptionē rei iudicatae illi neutiquam ob  
starere, sed antē omnia restituendū esse. arg.  
c. cū teneamur. de appella. Debuit quip  
p̄ reus sententiæ executionem petere, nō  
verò temere, proprioq; sensu ius sibi dice  
re. l. extat. ff. quod met. cau. cum vulg. Po  
tuit præterea reus sibi de nouo rei domi  
niū quæsiisse. † Ijs malè ab interpretibus  
nostris reprehēsum Bart. semp̄ existimauit  
Defenditur  
ab omnī re  
prehensione  
Barto.

CC quando

quandoquidē non adeò indoctus, & iuris nesciēs fuerit Bar. vt nesciret eū, q cùm interdicto, vnde vi, agere posset, dominij quæstionē discuti passus est, sibi præiudicū facere, cùm id & alibi docuerit, in l.j. §. sed & si is cui. ff. de no. oper. nūria. per d.c. j. de resti. spol. Quare eādē fuisse mentem Barto. vna cum cōmuni, semper mihi persuasi, quod notatu nō omnino indignum est. Declarat præterea docētes regulā nostrā in absoluciónia lata in petitorio p. reo, quia se dominū probavit, secus si ob inopiam probationū actoris absolutus fuisset; quod p. eam sententiā dici non possit, notoriè de dominio rei spoliatis cōstare. l. si inter me. ff. de except. rei iudi. l. sed & si possessori. ff. de iure iuri. in quibus terminis docet Riparius singularē Bart. opinionē defendi posse. † Sed huic declarationi ipse minimè assentiri possum, quāuis aliū contradicēt non reperiam. Quāquam enim casset prima ratio de notorio: durat tamen secūda, & potētor, quod cùm posset interdicto nācisci possessionē, dominij quæstionē tractari passus est, in possessorio sibi præiudicauit. c. j. de resti. spolia. Quare imputādū est actori, q. maluit rē petere, quā interdicto nācisci possessionē, cōtra cōsil. iuris. in l. is q. destinavit. ff. de rei vendi. Porro nunc videamus an quædā, quæ in regulā nostrā recentiores obīciunt, refelli possint. Horū illud primū est, possessoriū recuperādæ cùm petitorio cumulat. l. cū fundū. §. fin. ff. de vi & vi armat. c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. Nō ergo absolutionia lata in vno parare potest rei iudicata exceptionē in altero. l. fundū. & l. fundi. ff. de except. Id quāuis hoc loco pertrahent Moderni: ego tamen in tractatū cūmulationis conseruo. Alterū est c. porrō. de diuor. vbi vxori petenti restitutionem mariti non obstat defectus tituli notorius ex proxima parētela causatus, cuius obicitis dissolutio hacten' penē inextricabilis fuit. Tu † breuiter omissis h̄s, quæ hac in re fūsiius, quām par esset, traduntur, præter omnes cōsidera, verissimum esse absolucionā latam in petitorio, quæ inter easdem personas facit notorium, obstat deinde agenti possessorio recuperandæ, non propter notorium tituli in spoliato defectum, nam & violenti inuasores, fures, & prædones restituuntur. l. j. §. qui à me. l. colonus. & l. cū fundum, ff. de vi & vi arma. l. j. §. si prædo. ff. depositi. c. in literis. de resti. spol. Sed quia interdicto vnde vi, renuntiare videtur, cùm proprietatis negotium

Refellitur  
doctorū de-  
claratio.

Not. ex uer-  
ra declara-  
tio huius re-  
gule.

tractari, & discuti patitur, vt paulò antē declarauit, per c. j. de resti. spolia. sicq; ca. porrō. de diuor. non obstat. Ad cuius aliorumq; iurium declarationem sequentem regulam constituo.

8. Sexta regula. † Solus defectus tituli notoriū, agētē recuperādæ nō depellit, quin imo spoliatus ante omnia restituēdus est. d. l. j. §. qui à me. & l. colonus. & l. cū fundū. ff. de vi & vi arma. c. in literis. de resti. spolia. c. porrō. de diuor. Sed neq; agenti, exceptio dolo facis, perēdo quod cōfestim es restituturus obstat, quādoquidē ea vt cūq; in petitorij locū habeat, in possessorijs vel maximē recuperādæ nō obtinet. l. si quis emptionis. §. sed hæc contra. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorū. l. si quis conductionis. C. de loc. & cōduct. Paul. Cast. & posteriores. in l. j. C. de edict. diu. Adriā. tollen. Idq; omnes verum esse contra Accursi. admittunt. † Ceterū huic regulae obstat. l. bona fides. in fi. ff. depositi. dum dicit defectus tituli notorium, in fure, repellere furem agentem recuperādæ. Neq; enim ( inquit) ex bona fide est, rem suam dominum prædoni restituere compelli. Quamobrem inferebant duo ex auditribus nostris doctissimi, & disertissimi, quod defectus tituli notorius agentē contra dominum repellat, quod est falsum. l. cū fundū. §. emptorem. ff. de vi & vi ar. vbi colonus vi ab emptore deiectus habet cōtra emptorem interdictum vnde vi, & probatur ratione. Quoniā restitutio, quæ statim debet fieri ex regula. Spoliat ante omnia &c. non fundatur in titulo & iure petentis, sed in odio spoliantis. cap. fin. de ordi. cog. clemen. vnic. de caus. possel. & proprie. & quia si contrarium diceremus, liceret domino proprietatis impunē molestare possessorem contra mentem imperatoris in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & summi pontif. in c. eum qui. de præben. in vi. & daretur occasio veniendi ad arma, & scandalis contra l. æquissimum. ff. de vñfruct. & l. cōuenire. ff. de pact. dot. & quia nō est singulis cōcedendum, quod per magistratum publicē fieri possit, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. l. non est singulis. ff. de regu. iur. l. vnic. C. quando lic. vnicuiq; se sine iudi. vendi. c. cū nostris. de cōces. præbē. Neq; obstat l. bona fides. in qua ideo æquum est dominum non cōpellit restituere, quoniam nulla præcesserat spoliatio, aut vis in apprehensione rei, super qua tamen omnis fauor restitutio- nis fundatur. Ab hac mea regula duos casus

Sexta regula.  
l. Defectus tituli notorius an agentem repellat.

Explicatum  
ca. ad deci-  
mas.

Explanatur 10  
nouiter sen-  
sus c. signifi-  
casti.

Conciliatio  
noua c. signi-  
ficasti. ex c.  
porrō. de dia-  
uor.

Septimare  
gula.

Intellectus  
ad l. bona fia-  
des. in fi. ff.  
depositi.

casus excipio. Primus cum manifestum est spoliatum esse possessionis, quam petit prorsus incapacem. Innocentius in c. constitutus, de si. presby. verbi causa, si prelatus laicorum qui spiritualia possidere non potest. c. decernimus. de iudici. c. causam quae. de praescrip. ecclesia spoliasset. Ange. Aret. in §. j. col. xx. de except. in insti. & hic est casus c. ad decimas. de resti. spolia. in vj. quoniam illuc ideo canonici sancti Nicolai spoliati a B. clero restituti non fuerunt, quia restituiri petebant ad possessionem decimorum in parochia aliena B. scilicet spoliatis, cum iure communi certo certius sit, neminem nisi intra suam parochiam, decimas exigere posse. † Secundus casus, cum spoliatio sit legis autoritate, ut in c. significasti. de diuor. vbi vxor, quae si adulterium committat, liberè dimitti potest. Matth. xix. & c. quemadmodum. de iureiuran. c. Agathosa. xxvij. q. ij. c. dixit dominus. xxxij. q. ij. si notorie adulterer, proindeque viram dimittat, restitutionem petere non auditur. Et haec est verissima illius c. ratio, quamvis ex alijs tangat nemo, cui non exiguum accessionem facit, quod per manus traditum est. Quanquam appellatione pendente nihil sit innouandum, speciale tamen esse, ut legis autoritate innouari possit. l. per hanc. C. de temp. appell. Et haec ratio planè indicat c. significasti. nihil pugnare, cum ca. porrò. vbi spoliatio non siebat legi autoritate. Certum quippe est, absque iudicio ecclesiae maritum coniugem consanguineam, dimittere non posse. c. multorum. xxxv. q. vj. nisi fortasse essent coniuges in gradu lege diuina prohibito. c. literas. de restit. spolia.

Explicatum  
ca. ad decimas.

Explanatur 10  
noniter sensus c. significasti.

Conciliatio  
noua c. signifi-  
casti. & c.  
porrò. de dia-  
uor.

Septima re-  
gula.

a regua  
fectus ti-  
notorius  
agenteim  
ellat.

Intellectus  
l. bona fin  
es. in fi. ff.  
depositi.

Septima regula. Lata in possessorio in favorem rei sententia, non parit exceptionem rei iudicatae in petitorio: quoniam (ut Iulius Paul. inquit) in interdicto possessio, in petitorio proprietas vertitur. l. & an eadem. §. fi. ff. de exceptio. rei iudica. Ab hac regula interpretes unicum duntaxat exceptum casum, cum scilicet possessorium admixtam causam proprietatis continet. l. ij. §. quædam. ff. de interdict. Ihs nempè interdictis totum finitur. l. j. §. fi. ff. de aqua quoti. & c. Proinde quæquam de domino incidenter, quia tam plenè cognitum est, rursus agenti sententia obstat debet. Accurs. in l. si iudex. ff. de his quae sunt sui. Bal. in l. incerti. col. v. C. de interd. Ihs paucis, facile est refellere, quæ verbosè in hac exceptionem But. in c. cum dilectus. de causa. pos. & proprie. Alexan. Iason & posterio-

res hic euomunt. Nā quod aiunt latā sententiam in uno iudicio, quo de proprietate incidenter actum sit, non obesse, si in aliō iudicio principaliter intenterit. sed si ante. ff. de except. Bart. in l. Qui Romæ. §. duo fratres. col. ij. & v. oppo. ff. de verb. oblig. obtinet cum de dominio incidenter summam, non cum plenè cognitum est. Accurs. in d. l. si iudex. ff. de ihs qui sunt sui. Sed iam satis huic materiæ datū est. Nunc ad petitorij & possessorij cumulationem descenda mus. † Planè ne vocabuli ignoratione de cipiamini, Cumulare nihil aliud est, quād diuersas actiones simul in eodem libello, vel diuersis cōgerere: & cumulatio, est pluriū actionū in iudicio cōtra eūdē legitimē facta coadunatio seu cōiunctio. Bar. in l. edita. col. ij. C. de edē. Bal. in l. j. col. fin. C. de fideicomis. Ang. Aret. in. §. si min. co. xij. de actio. per l. si idem cum eodem. ff. de iurisdi. omni. iudi. vbi Caius iurisconsultus constituit, ut si contra aliquem Coristus experiatur pluribus actionibus, quarum singularū quantitas, intra iurisdictionem iudicantis sit, omnium autem coacervatio, modo iurisdictionis excedat, quia finge, corā ciuitatis defensore (qui ad trecentos vsq aureos duntaxat iudicare potest. §. & iudicare. in auth. de defen. ciuitat. col. iij.) ex causa mutui centum, ex deposito duenta, ex emptione centum petat, non fieri cumulationem ad impedimentū iurisdictionis, sed quācum summam manere separatā, quāobrem apud eum iudicem agi posse. Quod scire non infructuosum est, propter mercatores, qui frequētissime ex pluribus contractibus, diuersa in eodem libello debita petunt. Nā hāc cumulationē lex non improbat, præterquā, si per illam iudicis iurisdictionē impedire desideret. Quādo autē cumulatio permissa aut vetita intelligat sequētibus regulis intelliges.

Octava regula, † Cūm actiones sic se habent, quod lata in prima absolutoria, parere potest rei iudicatae exceptionē in secunda, nō cumulanf. l. fundū. & l. fundi. ff. de except. l. interdū. ff. de publi. iudi. l. duob. §. exceptio. ff. de iureiur. Cæterū hāc regula aliquando à me pluribus verbis fuit cōfutata: at nunc rationes quatuor proposuisse, satis erit. Prima, qā actionis furti, & cōdictionis furrius, cumulatio admittit. l. si profure. §. j. ff. de condict. furt. l. j. C. de furt. Et tam fieri potest, vt in una absolutoria, rei iudicatae exceptionē in altera pariatur: verbi causa, si in actione furti absolutus, quia furtum factum non sit. Nam

Cumulatio  
quid sit.

Octava re-  
gula.

Declaratus  
§. sed neq; de 13  
fideiuss.

Intellectus l. 14  
fundū. ex l.  
fundū. ff. de  
except.

tunc neq; cōdictio deinde intentari poterit. l. duob;. §. si qs iurauerit. ff. de iureiur. Secūda † ex tex. desumit in §. sed neq; de fideiuss. col. l. vbi imperator admittit, eūdē creditorē posse experiri actione personali ad debitū, & hypothecaria, & tamen si absoluat reus tanquā debitū nō sit, obstabit sententia creditorī ad pignus agenti, vt ne mini nō patet. l. si deferente. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. Ad quem text. tamē ego quādoq; respondebā defendēdo cōmūnē sentētiā, quod ibi certū erat absolutoriam sequi nō posse, quod ex intercessione fideiū iussorū planē liquet. Nā supponit fideiuss. foris accessio debitū. l. j. ff. de fideiuss. l. j. §. eū qui. ff. de consti. pec. Sed nunc apud me non omnino tuta est. Fac enim solutū esse quicquid deberetur, qua ratione cōsidera absolutoriā sequi posse in psonali, non' ne ea tunc in hypothecaria est exceptionē paritura. Tertia ratio: petitorū & possessoriū cumulātur. l. cūm fundū. §. fi. ff. de vi & vi armat. c. pastoralis. de caus. posses. & proprie. cūm tamē absolutoriam latam in petitorio agēti possessorio, vt plurimū obstatre sit in confessio, vt paulo ante declaratum extitit. Postrema ex l. sed si ante. ff. de except. vbi cumulatur cōfessoria super seruitute viæ cum rei vēdicatione, cūm tamē fieri possit, vt absoluat reus in cōfessoria, quia rem probet esse suam, quæ res iudicata, dubio procul actori rursus agenti super proprietate, obstat. Ihs rationibus mēhercule non contemnēdis, regulā nostrā, quā tamen omnes & tradunt, & approbant, euulfam subuersamq;, nemo est, qui non videat. † Sanē quia communis hæc regula in l. fundum. ff. de except. rei iud. fundatur: pauca de illius intellectu excutienda sunt. Et quoniā illic Africanius constituit, vt si semel orta fuerit inter te & me de proprietate fundi, quē possides, questio, rursusq; ego actor cōfessoria ad seruitutem agā, quā dicā viam ad eū fundū per Sempronianum, quem tuū esse constat deberi, exceptione repellor, tractandum est, quæ sit illius traditionis ratio. & docent Barto. & crebrō cæteri hoc ideo constitutū, quia lata absolutoria super fundo rei iudicatae exceptionē parit super seruitute. Nā si declaref reus dominus, ipsi sibi seruitus deberi non potest. l. vti frui. ff. si vsus. pet. l. quicquid venditor. ff. cō. præd. l. in re cōmuni. ff. de seruit. vrba. præd. Quāobrem non obtineret hoc, si priore loco viam, deinde fundū peterem. Quāquam enim reus à seruitute absoluat, non per hoc absolu-

dus erit in dominio fundi, quando hæc (vt nemo non videt) simul stare possint, quod seruitus fundo nō debeatur, & quod reus nō sit fundi dominus, sed actor. Hic est casus l. sed si ante. ff. de except. Pau. Cast. hæc in se vera admittit, quantū tamen ad dd. ll. fundū. & sed si ante. non considerari affirmat. Nam & in casu d. l. sed si ante. posset in primo iudicio seruitutis, talis sententia absolutoria ferri, quæ obstaret agēti in secūdo de proprietate: si, puta, statim sibi cōtrouersa seruitute, reus fundū suū esse legitime probasset, & tamē illic traditū est, ea duo iudicia cumulari posse. Quāobrē putat in eis legibus dūtaxat cōsiderari an condemnatoria in secūdo, possit in primo p̄e iudiciū facere, vt si p̄auidicium facere possit, nō cumulent, alioquin secus. Ideo non temere Afric. & Pau. iurisconsulti celebrarimi distingūt, vt si primo proposita sit rei vēdicatio, deinde agā cōfessoria, exceptione repellar. Nam cūm in iudicio seruitutis secūdo de dominio incidēter disputatū sit, de quo p̄incipaliter in rei vindicatione tractandum erat, neq; prius reus ad seruitutem cōdemnari possit, quām declaretur fundum, cui actor seruitutē deberi asserit, actoris esse, patet condemnatoriam in secundo p̄auidicium facere in primo, ideo cumulari non posse. Diuersum autem est, si prius agam ad viā, deinde ad fundi proprietatem: quanquam enim de dominio in secundo iudicio proprietatis obtinuerim, non tamen obest priori iudicio confessoriā. Neq; enim necessariō sequitur, sum dominus huius fundi, ergo sibi debet seruitus. Et hæc Paul. Cast. ingeniosa declaratio vscq; adeò mihi quādoq; arrisit, vt illam verā esse defenderim, & certè longē p̄babilior est, quām communis. Mihi tamen nunc accuratius cogitanti non facit satis. Nā & cōtra eā, inexpugnabiliter facit, qđ diximus de actione furti, quæ cū cōdictio ne furtiva cumulat: cūm tamē in secundo cōdemnatio sequuta, in primo p̄auidicium faciat: à damnato quippe dupli quia furtū fecit, multomagis res ipsa furto surrepta, peti poterit. Quapropter, ne te diutius remorer, si mentem Africani, illiusq; rationem scire desideras, prius reminisci oportet, quod à iurisconsultis pro regula traditum est, per minorem causam maiori cognitioni p̄auidicium fieri nō oportere. Maior nempe quæstio minorem causam ad se trahit. l. per minorē. ff. de iudic. 15 Rei † autem maiori p̄auidicium fieri videtur, cūm ea quæstio in iudicium deducatur,

Paul. Cast.  
ad eos text.  
declaratio.

Explanata  
præter alios  
sed siante.

Vera ad die  
etas ll. decla  
ratio.

Quando rei  
maiori p̄a  
iudicium fie  
ri dicatur.

tur, quæ vel tota, vel ex aliqua parte cōmu  
nis est quæstioni de re maiori. l. rei maio  
ris. ff. de excep. Et hæc est ratio, quæ mea  
sententia mouit Africanum, vt consultus  
negauerit eum, qui rei vēdicationem pro  
posuisset, confessoria experiri posse. Sed  
reum exceptionem habere, ne præiudicium  
ei fiat, quasi hoc sentiat, imo verò aperte  
exprimat, quæstionem proprietatis maio  
rem, seruitutis verò controuersiam mino  
rem esse: proinde per eam maiori, sicq; rei  
vendicationi, præiudicium fieri non opor  
tere. Diuersum respondit Iulius Paul. in  
d. l. sed si antè. cùm prius actor ad viam  
confessoria egit, deinde ad rei proprieta  
tem, non quidem temerè, neq; abs ratio  
ne. Tametsi quippe per minorem, maiori  
cognitioni præiudicium fieri non opor  
teat. Per maiores tamen minori fieri po  
test, quandoquidem maior causa, mino  
rem quæstionem ad se trahit. d. l. per mi  
norem. ex cuius medulla, & ratione, hæc  
collegimus. Idq; & Bald. in l. edita. in re  
petitione Patauina, col. xiiij. C. de eden.  
& Rapha. Cum. postea præsensisse com  
perimus in d. l. fundum. quanquam non  
26 adeò familiariter declarant. † Sed dices  
ingeniosa sint, minimeq; vulgaria: non ta  
men nodum qui cæteris difficilior est, di  
soluunt. Nam quid est, quod lul. Paul. in  
d. l. sed si antè, ait: quia & diuersa corpora  
sunt, & causæ restitutioñ dispare. Pauci  
ad hæc aduertunt. Tu diligenter considera,  
si præter alios dici potest, quod cùm prius  
proponitur rei vendicatio, deinde confes  
soria super via, decisio quæstionis seruitu  
tis à iudicio dominij pendeat, quando ser  
uitus non nisi domino fundi debeatur. l. j.  
ff. com. præd. proinde & eadem serè sunt  
corpora propter connexitatè. Est quippe  
quæstio viæ ad causam proprietatis veluti  
appèdix, causæ itè restitutioñ pares sunt.  
Nā ideo restituere res actori in primo iu  
dicio, quia dominus. Itè in secundo seruitu  
tis, quia dominus rei, cui debet seruitus.  
At cùm prius proponitur confessoria ad  
viam, deinde rei vendicatio, cùm quæstio  
viæ per se stare possit, neq; vt in illa obti  
neatur, de domino probare necessum sit,  
sed sufficiat docere de possessione præsen  
ti. Accurs. in l. sicuti. §. sed si queratur. ff. si  
serui. vend. Bart. in l. quidam in suo. ff. de  
cond. inst. diuersa censemur corpora, cùm  
vtrūq; stet principaliter, diuersæ itè, & dis  
pare causæ restitutioñ. Nam in seruite  
tute sola possessio causa restitutioñ esse  
potest. In proprietate verò probatio domi

nij, necessaria est omni tempore. Sed iam  
satis huic regulæ datum est.

Nona regula. Quando plures actiones  
sic se habent, quod vnius electione, altera  
tollitur, nō cumulatur. l. quod in hæredē.  
§. eligere. ff. de tribu. actio. l. si. C. de codi  
cili. † Proinde quāquā ad cōsequendū le  
gatū habeat legatarius tres actiones, ex te  
tamen personalē, rei vēdicationē, & hy  
pothecariam l. j. C. cō. de leg. electione ta  
mē vnius alia tollunt. Nō enim (vt Papi  
nianus ait) ea mente datum est legatarijs,  
pluribus actionibus vti, vt omnibus expe  
riantur, sed vt latior eis agendi facultas sit,  
ex vna interim, quæ fuerit electa, legatum  
petere. l. cùm filius. §. varijs. ff. de lega. ij.  
Quamobrē & Canonistæ nostri dicūt eū,  
qui de se duas electiones in eadē ecclesia  
celebratas habet, cogendū eligere, quam  
prosequi velit. c. vt quis duas. de elect. in  
vj. Quā traditionem pontificiam, roborat  
Martia. iuris consulti cōstitutio. Si quis (in  
quit) in duobus collegijs fuerit, rescriptū  
est eligere eū oportere, in quo magis esse  
velit. l. j. ff. de colleg. illicit. Planè hæc regu  
la obtinet, cùm certū est, quod actionis ge  
nus cōpetat. Cæterū si incertū sit, pluri  
bus actionibus alternatiuē tamen vti po  
terit agens, modo ex altera se velle conse  
qui, quod eum contigerit, protestetur. l. j.  
§. quia autem. ff. quor. leg. Accur. in l. plu  
ra delicta. ff. de actio. & obligationibus.

18 Decima regula. † Actiones contrariæ  
nō cumulan. l. j. C. de furt. l. cōtra maio  
res. C. de inoffi. testa. allegans quippe con  
traria nō audiēdus, sed repellēdus est. c. so  
licitudinē. de appella. Hinc doctores (vt  
ad rem nostrā redeamus) tradiderūt, peti  
toriū & possessoriū retinēdæ cumulari nō  
posse. Quādoquidē q; rei vēdicatione agit  
aduersariū possessore fateaf, agēs verò re  
tinendæ se possidere dicat, quod suo loco  
enucleabimus. Porro hæc regula perpe  
tua non est: plerosq; nempe casus ab illa  
excipi constat, quos à lafo. & Curt. in d. l.  
j. C. de furt. congestos, si te hic labor dele  
ctet, videre poteris. Nā mihi hoc loco ca  
sus duntaxat vnu mihi dignus visus est,  
vt referatur, cùm scilicet remedia contra  
ria nō pure, sed cōditionaliter proponerē  
tur, quēadmodū nō improbat appellatio,  
qua quis dicit sentētiā nullam, & si qua  
est, appellat. Accurs. in l. j. C. quando pro  
uoc, non est necel. Bart. in l. si exprelsim.  
col. ij. ff. de appellat. ljs regulis, quæ non  
omnino extra rē nostrā sunt, facilior ad pe  
titoriū & possessoriū litt<sup>o</sup>, patebit appulus.

*Nona regula  
la.*

*Decima re  
gula.*

*Explanata  
preter alios  
. sed si ante.*

*Vera ad dis  
tas II. deca  
tio.*

*Quando rei  
maiori præ  
judicium fie  
ri dicatur.*

Vndecima<sup>19</sup>  
regula.  
Petitoriu et  
possessoriu  
adipiscendae  
an cumulen  
tur.

Vndecima regula, † Petitorium & possessorium adipiscendæ possunt cumulari. l.j. §. quia autem ff. quor. legat. c. pastoralis. de causa possessio. & proprieta. Accurs. h̄c, & est communis omnium sententia, in quam fortissima illa ratio obijci solet. Iudicia in primo, quoru absolutoria lata exceptionem rei iudicatae est in secundo paritura, non cumulantur. l.fundum. & l.fundi. ff. de excep. Absolutoria autem lata in petitorio, quia reus se dominū probauit, obstat agenti adipiscendæ. Dyn. in c. qui ad agendum, de reg. iur. in vj. Et crebro receptum est, vt suo loco vidimus. Sed eam regulam non esse veram, minusq; ex l.fundum, probari, paulo antē docuimus. Secūdo & si vera esset, regulariter traditū est, latam in petitorio absolutoriam agenti adipiscendæ non obstat, vt in iij. regula, supra ostensum est. Nisi cum reus ideo est absolutus, quia se dominum probauit, quod secundum causarū vulgarem & communem cursum non contingit, sed secundum extraordinarium & irregularem, vt reus scilicet in se probandi onus sumat. l.circa. ff. de probat. proinde id non attendimus. Bart. in l.fundum. & in d. §. nihil commune, in prima combinatione. Eam regulam præterea de absolutoria in primo iudicio, quæ si paritura est rei iudicatae exceptionem, in secundo, cumulationem impedit, non obtinet ex doctorum sententia, cùm speratur & vero simile est, secundum prius finiri, & terminari, quam primum: quia secundum est summarū, veluti possessorium. l.momentariae. C.vnde vi. Accurs. in l.j. C. quor. bo. Primum vero plenarium, quia petitorū, quod plena inquisitione discutere oportet. l.iudices. C. de iudi. Accur. in l.iij. §. sciendū. ff. ad exhibē. Planè à regula nostra excipies duos casus. Primus. Cùm electione vnius, alterū tollere: vt in casu. l.fi. C. de codic. Testator scripsit hanc clausulam, vt si dispositio sua testamenti iure valere non posset, vale ret saltem iure codicillorum, hæres eligere debet, an vellit, vel ex testamento venire, vel ex codicillis, adeo, vt vnus electione alterius sibi aditum præcludat. Quamobrem si petitorium ex testamento proposuerit, non potest possessorium adipiscendæ intentare. Ideo non poterit testamentum non cancellatum non vitiatum, neq; abolitum offerre, ex eodemq; petere se mitti in possessionem beneficio. l.fi. C. de edict. di. Adria. tolle. Et hoc loco nos iuuat ea regula, quam paulo antē tradidimus, vt

cùm actiones sic se habent, quod vnius electione cæteræ tolluntur, illarū impeditur cumulatio. l. quod in hæredem. §. eligere: ff. de tribu. acti. l. cùm filius. §. varijs. ff. de leg. ij. Secundus casus (& est maxima declaratio,) vt hæc regula obtineat, antē cōclusionem in causa, si vero renuntiatum fuerit, vel conclusum, vt iam possit causa proprietatis diffinitiuae sententiæ calcu- lo terminari, ne litibus lites inculcentur, & via possit fraudibus aperiri, causa non decisa, possessorio non erit vtendum, nisi iudex, q; de causa cognoscit, hoc ipsum ex iusta causa viderit expedire. Verba sunt Innocē. ij. in ca. pastoralis. de causa posses. & proprie. Hęc autem Barto. & cæteri intelligunt de æquitate canonica. Nam secundum iuris ciuilis rigorem, etiam post conclusionem in causa, cumulari posse credunt. Solus Iason contradicit, existimatq; nullam inter ius ciuale & Pontificiū differentiam esse constituendam. Quandoquidem iura iuribus concilianda sunt. ca. cùm expediatur. de electi. in vj. & quia hoc iure canonico expeditum est, quapropter illi etiam in foro ciuili standum. c.j. & ij. de no. ope. nuntiatione.

Alter casus.

Opinio 1af.

Limitatio  
xij. regule.

xij. regula. 21

Duodecima  
regula.  
Petitorium  
& possesso-  
rium recu-  
perandæ an  
cumulentur.

20 Duodecima regula, † Petitorū & possessorium recuperandæ cumulantur. l.cùm fundum. §. fin. ff. de vi & vi arma. cap. pastoralis. de causa possessio. & proprieta. Huic regulæ etiam illud refragatur, quod per manus traditum est, latam in petitorio absolutoriam, agenti recuperandæ obsta- re, vt ab omnibus aduersus Bartol. rece- ptum est, & in v. regula declaratum fuit: non ergo posse debent cumulari. l.fundū. & l.fundi. ff. de excep. sed si nobiscum te nueris hanc regulam veram non esse, neq; ex d.l.fundum probari, vt in superioribus docuimus, hunc obicem facilis negotio re- felles. Quod si interpretū sententiā sequari, cogeri dicere, quod in antecedenti re gula post alios prodidimus, regulā, dictæ l.fundum veram non esse, cùm absolu- toria lata in primo iudicio, secundum regu- larem & communem causarum cursum, non est paritura rei iudicatae exceptionem in secundo, vt in casu nostro. Nanci si ab- soluatur reus, quia se dominum actor nō probauit, non obstat sententia agenti re- recuperandæ, quanquam si ideo absolutus reus sit, quia se dominū esse legitimè probauit, secus, vt doctores crebro tradide- rūt. At hic non est regularis cursus cause, vt reus in se onus probandi suscipiat, vel si hęc resolutio omniū, tibi minimè placeat,

Opinio da-  
mnata.

quemadmodum neque doctis pressius est cogitantibus est placitura, necessem sic habes dissoluere, ut etiam in superiori regula diximus, traditionem l. fundum. non procedere, cum iudicium secundo propositum, prius, quam primum terminandum est, ut in possessorio est expeditum. l. ordinarij. C. de rei vendi. l. incerti. C. de interdicto. & quia summam de illo cognoscitur, proprietas autem plena cognitione est excutienda. l. iudices. C. de iudi. Hæc & si communia sint: vera tamen nullo tempore mihi visa fuerunt. Proinde consultius facies si eam regulam adeo generaliter traditam veram esse negaueris, quod nos fusius planius est, in viij. reg. commostrauimus. Porro hanc nostram regulam limirabis, quo casu renuntiatum fuisset, vel conclusum in petitorio. Eo nempe casu, ne lites litibus inculcentur. Innocē. iij. constituit de spoliato tractandum nō esse, nisi causa prius proprietatis decisa. c. pastoralis, de caus. poss. & proprie. Quod verū esse de iure pontificiō, non ciuili, Barto. Alexandr. & omnes solo Iaso. excepto, tradiderunt.

**xiiij. regula.** 21 Tertiadecima regula. + Potest actor, qui prius egit petitorio illud suspendere, donec interdictum recuperandæ, quod de inde proposuit, fuerit terminatum. l. j. C. de Carb. edict. tex. clari. de iure pontificiū in c. significauerūt, de testib. & in cle. vnic. de cau. poss. & proprie. Hinc mirabilem habere poterit secundū aliquos actor utilitatē, si in possessorio obtinuerit. Onus quippe probandi dominium, quod illi incumbebat, in aduersarium trāfert. l. liberalis. §. ff. de liberali. cau. l. vis eius. C. de probat. Factus quippe reus est de possesso petitor, ad instar illius, contra quem est facta missio ex primo decreto in reali. l. si prius. ff. de noui ope. nuncia. l. si quis emptionis. §. sed & si quis. C. de præscript. xxx. vel. xl. annor. Bal. & alij in l. consenteum. C. quomo. & quā. iud. Cæterūm damnatur crebrò hæc opinio, quandoquidem actor, qui omisso petitorio, recuperandæ possessorum varians proposuit, quamquam in eo obtineat, nihilominus se dominum probare debet, alioquin in petitorio succumbet. c. cùm ecclesia Sutrina. de cau sa possession. & propriet. vbi clerici conventionalium ecclesiarum spoliati à canoniciis ecclesiæ Sutrinæ, egerunt contra eos petitorio, & possessorio, in quo obtinuerunt: non tamen per hoc ab onere probandi in petitorio releuātur, quinimo & si nō

probent, succumbunt: ad quem text. sexcentis modis recētores respondent. + Et quāquam prior opinio colorem aliquem habeat, propter odium spoliationis: communis tamen probabilior est, ut onus probandi actori incumbat. Nec te moueat, quod in odium spoliatorum inductū sit, ut quæstionem dominij referre non possint. l. si quis emptionis. §. sed hæc contra. C. de præscript. xxx. uel xl. annor. Accur. in l. ita ut si fur. ff. commod. Bar. in l. iiiij. §. Cato. col. ij. ff. de verbo. obligation. Nam missis ijs, quæ ad huius obicis dissolutiōnem doctores inconsideratē effutūnt, facilem hanc obiectionem ita dilues. Verum est spoliatorem violentum dominij quæstionem referre non posse, vt per hoc valeat recuperandæ possessorum impedi re. Nam spoliatus ante omnia restituēdus est etiam si de iure illius notoriè non constet, ut in sexta regula ostensum fuit: quo autem ad alia, quæstio dominij referri nō prohibetur. Si bona esset præterea hæc ratio, non posset etiam reus in petitorio obtinere etiam si se dominum probaret, quandoquidem generaliter traditum sit, spolio to dominij quæstionem referri non posse. Quod tam aperte falsum est, ut consulta tionē longiori non egeat. Portò in reg. nostrā duo obicī possent. Primum, quia qui semel actionem proponit, necesse habet usq; ad finem litem exercere. §. omnī. de litig. col. viij. authen. qui semel. C. quomodo & quan. iud. Qui ergo petitorum proposuit, non debet posse variando ad possessorum redire, sed rei vindicationē persequi cogendus est. Secundū, quia qui cùm posset interdicto, vnde vi, experiri, quæstionem dominij tractari passus est, adeo sibi in recuperandæ possessorio preiudicat, ut sibi petenti restitutionem proprieta tis quæstio obicī possit. c. j. de restit. spol.

23 + Priorem obicem Alexander cupiens dissoluere, excipit casum nostrum, odio spoliatoris à regula illius authenticæ, qui semel, quod Iaf. non placet. Proinde ex eius sententia dicendum est, cōstitutionem illius authenticæ tunc obtinere, cùm temere atq; sine causa, actor ab actione desistit. At in casu nostro desistit cum causa & legis autoritate, quæ possessorum ante iudicari constituit. Sed deterior est (aut ipse fallor) hæc solutio. Nā nos illud querimus, cur ita lex constituerit. Quāmobrem te nebis meo periculo Alexan. solutionem, quæ communis est, & expressim probatur in clemen. vnicā. de cau. posses. & priet.

Communis sententia probata.

Due difficultates.

Opinio dñi  
mattei.

Defensa Ale  
xand. ratio.

**Declaratur** 24 priet. † Circa autem cap. 1. de restit. spol.  
c. 1. de restit.  
spolia.

contorquent se Ias. & recentiores. Tu dic  
breuiter ingens esse inter casum & casum  
discrimen. Nempe in eod. cap. 1. spoliatus  
proponebat possessorium, non euam peti  
torum, quinimo consensit, vt spoliator se  
esse dominū probaret, tuncq; quasi tacite  
pactus videtur nolle vt interdicto vnde  
vi, si spoliator legitimis docimētis se esse  
proprietatis dominum ostenderet. Quare  
neq; iniuria, si hoc probatum sit, spoliatus  
non restituitur. At casus noiter est, cūm  
idem, qui petitorum proposuit, illud su  
spendere desiderat, possessorioq; experit,  
quod lex in odium spoliantis non impro  
bat. Nec enim agēdo petitorio expressē,  
vel tacite possessorio renuntiauit, sed im  
prudens prius rei vēdicatione egit, quam  
imprudentiam, non tam lex horret, quam  
spoliationem.

**xvij. regula.** 25 Quartadecima regula. † Petitorū & pos  
sessorium retinendæ non possunt cumula  
ri. Accurs. & alij hīc, Bart. & omnes serè  
hīc. glos. in c. pastoralis. de cau. pos. & pro  
priet. obstante ratione contrarietatis. Nam  
qui actione in rem agit, aduersarium pos  
sidere dicit. l. j. C. de alien. iudic. mut. caus.  
fact. c. examinata. de iudic. Qui verò reti  
nendæ experit, se possessorē cōtendit,  
sed in possessione turbari conqueritur. l. j.  
j. est igitur. ff. vt possid. Tanquam ergo  
contrarius semetipsum excludit. l. si pro  
curatorio. j. sed si aliis. ff. quan. appell. sit.

**Primus casus** 26 c. solicitudinem. de appell. † Plane hæc re  
gula perpetua nō est. Ab ea nanq; ex Bar.  
& alij plures casus excipiuntur. Primus,  
cūm virūq; remedium pro iure incorpo  
rali, veluti seruitute proponeretur. Nam  
cūm in ea petitorum sit confessoria actio.  
l. j. ff. si seruit. vendic. j. æque. de action. in  
Instit. quæ illi etiam datur, qui est in quasi  
possessione seruitutis contra turbantem. l.  
& si forte. j. ff. si serui. vend. ea actione in  
rem proposta potest experiri retinendæ  
interdicto, quod pro iuribus incorporali  
bus & quasi possessione competit. l. quo  
ties via. ff. de serui. Eadem ratione non se  
cūs in sacerdotijs, & alij iuribus spiritua  
libus, quæ cūm incorporalia sint, non verē  
possidentur, sed quasi: quare in his petito  
riū & possessoriū retinendæ cumulatio ad  
mittitur. c. significauerunt. de testi. Card.  
in clem. vnic. de caus. poss. & propriet. Se  
cundus casus est: si petitorum & posse  
soriū, ratione diuersæ possessionis pro  
ponātur, veluti (vt exemplis res clara fiat)  
quia egerim actione in rem possessionis

naturalis ratione, quæ apud te est, deinde  
verò vt possidetis ratione ciuilis turbatę,  
quæ apud me est. Aut per contrariū, quia  
egerim rei vēdicatione nudæ detentatio  
nis, quæ apud te est, ratione: postea verò  
vt possidetis, quod ciuiliter & naturaliter  
possiderem, iuxta l. officium. ff. de rei ven.  
& l. rei commodatæ. ff. commodat. Huius  
quippe possessoriū retinendæ cum petito  
rio cumulatio minimè prohibetur, vt hoc  
textu secundum quintam lecturam, alle  
gatur. Accur. in l. clam possidere. j. qui ad  
nundinas. ff. de acqui. pos. Tertius casus:  
si possessionem post intentatum petitorū  
actor quæsiisset vt hic secundū quartā le  
cturā. Sed tūc obstat: quoniā si ad agentē  
rei vēdicatione peruererit res controuer  
sa, expirat petitorū iudicium, ideoq; reus  
absoluendus est. l. sin autem. j. ff. de rei  
vend. Quemadmodum si ante rem iudica  
tam is, cum quo actum est, actori satisfa  
ciat, iudicis officio eum absolui ab instātia  
obseruatione q; iudicij conuenit, quanquā  
in ea causa fuisset iudicij accepti tempore,  
vt damnari deberet. l. quoties. ff. de solu.  
j. fin. de perpet. & temp. actio. Si ergo ex  
tinguit est petitorium: nullus est illius

27 cum possessorio concursus. † Tu consi  
dera, quod actor, qui in rem agit, duo po  
tissimum petit. Primum, vt declaretur do  
minus rei cōtrouersæ. l. Pomponius. j. sed  
& si is. ff. de procurat. l. & ex diuerso. j. ff.  
de rei vend. Alterum, vt possessio quæ  
apud reum est, ad ipsum transferatur: ab  
hoc ultimo reus statim cūm sine dolo ma  
lo amisiit possessionem, est absoluendus.  
d. l. sin autem. j. h. o. respectu finitū est  
petitorium. At quo ad primum caput, vt  
scilicet actor dominus declaretur, adhuc  
durat. l. si à te. j. si quis fundum, vbi Accu.  
Bar. Cuma. & Cast. ff. de excep. rei iudic.  
Durat item quo ad fructus, partus, & stip  
ulationē de euictione, propter quæ etiā  
potiquam reus possidere desit in actione  
in rem, necessaria est sententia. l. vtq; ff.  
de rei vend. l. si serus. ff. iud. solu. Quartus  
casus est, cūm actor quo tempore egit pe  
titorio se possidere ignorabat, quia fortasse  
per alium possidebat. l. fin. ff. pro suo.  
Barto. & alij hīc. Nam is duntaxat, qui se  
possidere scit, agendo in rem commodo  
possessionis renuntiat. Accur. in l. si duo.  
ff. vt possid.

28 Quintadecima regula. † Possessorium,  
quod causam proprietatis cōtinet, nūquā  
cum petitorio concurrit. Barto. hīc, Bald.  
in l. edita. col. xv. C. de eden. sequunturq;  
cate

Explanatio  
regule.

Tertius cas  
sus.

Singularis in  
interpretatio.

Egregia de  
claratio.

Questionis  
nostræ epilo  
gue.

Quartus ca  
sus.

xv. regula.

Explanatio  
regule.

Singularis in  
interpretatio.

Questionis  
nostræ epilo-  
gus.

cæteri, cuius ratio, est altera regula. Cùm absolvitoria lata in uno iudicio paritura est rei iudicatæ exceptionem in altero, iudicia illa non cumulantur. I. fundum. ff. de except. quemadmodum in istis possessorijs. I. ij. §. quædam. ff. de interdict. possessorio nempe finito, totum finitur. I. j. §. fin. ff. de aqua quot. & æst. Declara primò hanc regulam procedere, si prius intentetur petitorum, deinde possessorium, secus verò, si per contrarium, priore loco possessoriū, postea petitoriū proponeretur. Ant. But. in c. cum dilectus de caus. pos. & proprie. Eo nempe casu cessat ratio. Nam absolvitoria lata in possessorio, in quo tractatur de dominio duntaxat incidenter non obstat agèti petitorio, in quo proprietas principaliter discutitur. I. sed si antè. ff. de except. sequitur Alexan. hic. At ego verum esse id affirmare non ausim, propter verba d. §. quædam. Quapropter ipse generaliter hanc regulam intelligo, etiam si possessorium prius proponatur, modò tamen sumus in possessorijs causam proprietatis continentibus principaliter, vt in interdicto, de itinere reficiendo, & similibus. In alijs autem, vt in interdicto, de liberis exhibendis, quod præparatorium est interdicti, de liberis deducendis. I. deinde. §. j. ff. de liber. exhiben. Butr. sententiam non improbarem, quandoquidem in eo & similibus, vt obtineatur, satis sit summatim probare. I. ij. §. ibidem. & I. thesaurus. ff. ad exhiben. † Probationes autem factæ in summario iudicio non obstant, neq; si dem faciant in plenario. I. à diuino Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. c. veniens. de testib. Accur. in I. si iudex. ff. de ijs qui sunt sui. ijs quædam Ponta. declaratio, quam Alexand. mordet, satis defendi potest. Postremò, vt nihil intactum omittatur, quod ad rem nostram pertineat, sciendum est in quæstione illa vulgari: † An petitoriū & possessorium possint cumulari, maximam fuisse apud legum ciuilium interpretes cōtrouersiam, nodo (vt dicitur) Gordiano implicatiorem. Nam alijs, vt Ioan. & Azo indistincte tenuerunt nullum possessoriū cum petitorio cōcurrere posse, cùm leges vbiq; dicant, orta proprietatis & possessionis lite, prius possessorium terminandum, neq; ante proprietatis causam excuti posse. I. ordinarij. C. de rei vend. l. incerti. C. de interd. l. is qui destinauit. ff. de rei vendic. l. exitus. ff. de acquire. possel. Alijs verò omne possessorium cū petitorio intentari posse putauerunt. Neq; eos mouet

quod in possessorio retinendæ de contrarietate obijcitur, nam fieri potest, vt qui naturaliter & ciuiliter possidet, nihilominus ratione nudæ detractionis, quæ penes aduersarium est, agat, vt in eo, qui rem commodauit, aut deposituit. I. officium. ff. de rei vendic. l. rei commodaç. ff. commo. Neq; leges paulò antè à Ioan. & Azone allegate petitorij & possessorij concursum prohibent, sed duntaxat, vt à possessorio incipiatur, consulunt. † Et hanc opinionem Cyn. Bart. & omnes Pet. tribuunt, cùm tam nunquam Petri fuerit. Nam & ego Petrum videre volui, qui in I. ordinarij. col. pen. alleg. aliorum opinionibus improbatis, Azo. sententiæ nominatim subscribit in hæc verba. Quid (inquit) dicimus in lege nostræ? Ego approbo sententiam Ioan. & respondeo, quod nullū possessorium possit intentari cum petitorio, & credo quod in foro ciuili nūquam fuit dubitatum, vnde hæc sententia ab omnibus seruaretur in foro nostro, de foro ecclæstico non curro quid fiat. Tertij dixerunt possessoria adipiscendæ & recuperandæ cum petitorio cumulari. I. cùm fundū. §. fina. ff. de vi & viarma. I. j. §. quæ autem. ff. quorum lega. c. pastoralis. de caus. pos. & proprie. Possessorium autem retinendæ, non obstante ratione contrarietatis, vt suo loco extitit declaratū, & hæc fuit Marti. opinio, quam crebro nostri interpretes

secuti sunt. † Tu, vt huius difficillimæ contentionis planum sensum habeas, præter alios, & clarius considera hanc quæstionē dupliciter intelligi posse. Primo an omne possessorium cum petitorio possint simul & in eodem libello proponi, non vt simul tractentur, & super vtroq; eodem tempore procedatur, sed vt imprimis super possessione, cuius causa terminata, deinde de proprietate contendatur, & tunc illorum opinionem verissimam esse confirmo, qui tenent possessorium quodcumq; etiam retinendæ cum petitorio concurrere posse. Neq; hoc verum esse quisquam sanī iudicij negauerit. Potest rursus quæstio intelligi: An possessorium et petitorium possint simul proponi, vt etiā super vtroq; simul procedatur, & tunc Ioan. & Azo. sententiam defenderem, vt nullum possessoriū cum petitorio cumuletur, quādoquidem orta proprietatis & possessionis lite, prius possessionis decidi oportere quæstionem, vt ex hoc ordine facto de dominij disceptatione probationes ab eo, qui de possessione vicitus est, exigantur, Diocletian. & Maxim

Opinio affir-  
mativa falsa  
Petro tribu-  
tur.

No. evr uera  
accepitis que-  
stionis expla-  
natio.

Limita Bar.  
et aliorum.

Maximia. Imper. ad Pompeianum præfatum prætorio scripserint. l. incerti. C. de interdi. Ab hac autem declaratione, si Bart. & alijs credendum sit, vnicus casus est excipiendus, cum scilicet petitorio ab auctore proposito, à reo possessorum recuperanda propter spoliationem, pendente lite ab eodem auctore factam proponitur. Tunc enim super utroque iudicio proceditur, neque possessorum petitorum suspendit. l. si constiterit. C. fin. reg. Bart. hic in iij. cōbinat. & col. vij. sequuntur Aret. Alexan. Jason, & ceteri, submouentes, quod in aduersum obiecti posset, spoliatum scilicet ante omnia esse restituendum. l. vnic. C. si per vim. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi publ. Nam exceptio huiusmodi, quæ spoliato cōpetit, dilatoria est, proinde ante litē contestatam, & in initio antequā fiat aliquis actus, per quem in iudicem confertiri videatur, opponenda, alioquin inutilis fit. l. ita demum. C. de procu. l. fi. C. de excep. c. inter monasterium. de re iudi. Bart. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi.

Comunis de- 33 claratio im- probata.

indebi. † Cæterū hæc decisio quamvis recepta sit, apud me tuta non est, quia spoliatio facta pendente lite execrabilior est, & odiosior, quam quæ ante litē fit, cum per eam iūs, iudex, pars, & iustitia cōtemnantur, & eludātur: in eam ergo severius, si fieri possit, est animaduertēdum. c. j. §. j. de ap. in vj. proinde iniustum quodammodo esset & absurdum, vt qui spoliat ante litē, ante omnia restituere cogeretur, nō etiā qui lite pendente spoliat, qui sine dubio longè grauius delinquit. † Ideo & appellans, si aduersariū appellatione pendente spoliat, appellationis beneficiū perdit. glos. in c. non solum. de appellat. in vj. Nihil autem me mouet Aret. Iaso. & aliorum consideratio, quod ideo per spoliationem pendente lite factam petitorum non suspendatur, quia lis legitime incepta erat, cum nulla præcederet spoliatio, iudicis autem legitime inchoatis magis faueri soleat. l. qui cum maior. ff. de boni liberto. Quandoquidem negotia iam cœpta, nondum tamen perfecta, propter factum maximē contra ius superueniēs effectus suos perdant. Dy. in c. factum, de reg. iur. in vj.

35 † Non etiam te remoretur, quod aiunt, exceptionem spoliato competentem, vt ante omnia restituatur, dilatoria esse, proinde ante litē contestatam opponēdam. Nam (ut Cuma. animaduertit) hæc argumenti dissolutio fallax est, siquidem dilatoria exceptiones post contestatam litē

superuenientes possint etiam post contestationem proponi. l. ij. C. de cōsort. eiusd. lit. c. insinuante. de offi. deleg. Bart. in l. ij. §. munerum. ff. de excu. tut. Neque enim est quod alicui imputetur, quod non prius eam exceptionem, quam nondum cognoverat, proposuerit. c. pastoralis. de except. Sed & expressim, quod exceptio spoliationis non sit dilatoria, contra Bart. & ceteros, quinimo post item contestatam, & usq; ad conclusionem in causa possit proponi, propositumq; petitorum suspēdat, est rex. in cle. vnic. de cau. pos. & propri. & in c. ex conquestione, de restitu. spolia. hoc præterea ratione non contemnēda cōfirmatur. Nam si auctor, qui prius petitorum proposuit variando usq; ad conclusionem in causa ad possessorum recuperanda redire potest. c. pastoralis. de cau. pos. & prop. cur non & reus, qui fauorabilior est, cui saltē minus, quam actori licere non debet, quanquam non improbabiliter dici possit, vt omnium dicta salutetur, interdictum, vnde vi effectum dilatorium habere, cum per modum exceptio proponitur, non cum per modū actionis. Panor. in c. ex cōquestione. col. iij. de restit. spol. siquidem in potestate actoris sit, quando iure suo vtatur. l. pure. ff. de dol. mal. excep.

Elegās ratio

36 Sextadecima regula. † In iudicis possessoris quibuscumq; necessaria est litis cōtestatio. l. properandum, in prin. C. de iudi. quæ regula obtinet in omni possessorio siue illud sit retinendæ. §. hodie. de interdi. siue adipiscendæ. l. fi. §. fi. iuncta glos. ff. quor. legat. siue recuperandæ. l. fi. cum glo. C. si per vim vel alio modo. c. accedens. j. vt lit. non contest. Accur. in l. j. §. annum. ff. de itin. actuq; priuat. & in l. j. ff. utrobi. gl. in c. consultationibus. de offic. deleg. Bart. & ceteri communiter hic. Bal. in l. incerti. col. vij. C. de interdict. & receniores hic rationem huius rei prodiderunt,

xvj. regula.

37 † quoniam (inquiunt) lata super possessione sententia diffinitiva est. Accur. in l. vnic. C. si de momēta. pos. sue. appell. Bart. in l. ij. ff. de appell. recip. quæ consistere nō potest nisi lis contestetur. l. prolatam. vbi Accur. Bart. Bal. & alijs. C. de senten. & interlo. omnium iud. etiam de partium consensu. Glos. in c. de causis. de offic. delega. Cæterū nō est perpetua hæc regula. Ab ea nempe permulti casus excipiuntur. Ego tres tantum referā. Primus, si agamus possessorio contra incertam personam. l. fi. C. de edic. diui Adria. tol. neq; iniuria. quandoqui

In ep. Iaso.  
distinctio.

Si periculum 39  
est in mora,  
legum solen-  
nitates remit-  
tuntur.

Tres casus  
excepti.

No. op. 38

doquidem vbi nō est aduersarius, qui resistat, sola actoris propositio, litis contestationem inducat. Accurs. & Bald. in l. quin quaginta. ff. de excus. tut. Secundus casus in possessorio edicti Carboniani, quod cū summatim tractet. l. iij. §. causæ. ff. de Carbon. edic. l. j. §. & generaliter. ff. de vent. in posses. mit. litis contestationem non requirit. Bart hic, col. penul. & in l. Fulcinius. §. cum hoc. ff. quib. ex caus. in possessio. eat.

No. op. 38 † Hanc exceptionem & si omnes sequantur, ipse tamen probare non possum, siquidem possessionis etiam causa summatim cognoscatur. l. momentariæ. C. vnde vi. l. iij. §. sciendum. vbi Accurs. ff. ad exhibē. in qua tamen litis contestationem adeò necessariam dicimus, vt sine ea contra reum ad diffinitiuam minimè possit perueniri: imo generalius traditum est in omnibus iudicij summarij, quibus nō nihil vel iure actionis petitur, vel iudicis officio principaliiter imploratur, vbi diffinitiuam sententia sequi debet, litem contestari necessarium esse, cùm & alias non videatur res in iudicium deducta, nec valeat processus. l. j. & auth. offeratur. C. de lit. contest. Spe. in §. postremo. col. vij. de offi. omni. iudi. Bart. in l. iiij. §. hoc autē iudicium. ff. de damno infecto. Bart. in extrauganti, ad reprimēdum. quomod. in læs. maiest. crimi. procedat. per l. tigni. §. si quis non possideat. ff. ad exhiben. vbi innuitur in actione ad exhibendum litis contestationem necessariā esse, & tamen cōstat id negocium summatim expediri. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhiben.

Ridicula est autem distinctio Ias. cùm distinguit, aut verbum, summatim profertur in materia, in qua sententia non parat plenum præiudicium, vt in Carboniano, vt tunc nō sit necessaria litis cōtestatio. Nam intelligit summatim, & quo ad probationem, & quo ad ordinem: aut vero in materia, in qua facit plenum præiudicium, vt tunc intelligat summatim quo ad probationem, non quo ad ordinem, quoniam in possessorio lata sententia non parit plenum præiudicium, cùm in diffinitiuia reparetur. glos. in l. vnic. C. si de moment. pos. Et tamen constat in possessorijs cōtestationem litis necessariā. † Tertius casus. Quoties dilatio periculum esset adlatura. Bald. in d. l. incerti. col. vij. Et hunc casum quamquam Alexander controvvertat, nos sequimur: siquidem cùm periculum est in mora legum solēnitates, & iudiciorum ordines remittantur. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. ope. nuntiat. l. ait prætor. §. si de-

bitorem. ff. quæ in fraudem credit. Proinde tametsi iudex eum, qui verè contumax est, contumacem pronuntiare non possit, nisi prius liqueat illum esse contumacem. glos. in c. sæpè. de appell. Bar. in l. multum. ff. de cond. & demonst. & in l. hæc autem. §. j. ff. quib. ex cau. in pos. eat. Hoc verum, nisi dilatio periculū esset allatura, quia statutum fortè arctabat iudicem ad pronuntiandum. Bal. in l. falsus. col. vij. C. de furt. Quod autem obijcit Alexander facilē est refellere. Nam causa damni infecti, quāvis celeritatem desideret, & in ea lis contestetur, propter tamen nō factā contestationē periculum nullum est allatura: siquidem pro damno, pendente iudicio contingente, remedium damnū passo proditum sit. l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infec. Reliquos casus Riparius familiariter cōgerit, ad eum lectorem regnittimus.

HOC loco finem facere statueram tractatus nostri, possessorij, & petitorij, quandoquidē prædictis sexdecim regulis, explicata sint, breuiter, quæcūq; ad eam materiam pertinent, quæ à Bart. & ceteris hic confuse & inordinate tradita sunt: verū me rogauerunt ex scholasticis nonnulli, quibus nihil nisi cum nefario scelere nega re possum, vt quoniam de interdicto recuperandæ vnde vi, verba non semel fecerā, quot remedia ad recuperandam possessionem ab utroq; iure prodita essent, explanarem, qualeq; sit inter ea discriminem, docerem, atq; (vt mei moris esse dicebant) familiariter declararem. Quibus morem gerere, & obsequi cupiens, confessim calamum manui addidi, talemq; operam nauui, vt etiam in re, nihil sit a me prætermis sum, quod scholasticis nostris vsui & utili 40 tati esse possit. † Scire igitur debes octo potissimum auxilia à iure tam ciuili, quam pontificio, ad recuperandam possessionē prodita fuisse, quæ Specul. congerit in tit. de restit. spol. §. j. Primum est, interdictum vnde vi, quo sic edixit prætor: Vnde tu illum vi deieciſti, aut familia tua deieciſt, de eoq; quod ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum, post annum vero de eo, quod ad eum, qui vi deiecerit, peruererit, iudicium dabo. l. j. in princ. ff. de vi & vi armata. Loco cuius interdicti utilis actio hodie proponitur. §. fin. de interdict. quæ ab Accurs. ceterisq; interpretibus illic, & in locis communibus actio in factum appellatur. Secundum remedium, est iudicis officium. l. Aquilus Regulus. in fi. ff. de donat. Accurs. in l. & non tantum. ff. de petit. hæred.

Dissoluta  
Alex. ratio.

Elegas ratio

xvj. regula.

Ineps Ias.  
distinctio.

Si periculum  
est in mora,  
legum solē-  
nitates remit-  
tuntur.

Tres casus  
excepti.

Remedia ad  
recuperandā  
possessionem  
prodita plu-  
ria.

Interdictum  
unde ui.

Officium ius-  
dicis.

c. Sæpè de re  
stit. spoliato.

Canon. reintegranda.

1. Si quis in  
tantam.

Edictum di-  
ui Marci.

1. Cūm quere-  
batur.

1. Si coloni.

hæred. quo expulsus benignè à iudice pe-  
tit, vt ea possessio, quæ à violēto inuasore,  
aut eius hærede possideri reperitur, sibi re-  
stituatur. c. quia V. de iud. c. bona memoriæ.  
extra de appell. Tertium est c. sæpè. de  
restit. spoliat. quo expulsus, aut spoliatus  
non tantum ab eo rem recuperat, qui vim  
intulit, sed etiam ab eo, qui scienter à violē-  
to inuasore rem recepit. Quartū est, quod  
ex can. reintegranda. iij. q. i. nomē desum-  
psit, eo Ioānes pontifex Romanus, ad Za-  
chariam archiepiscopum scribens, reintegranda  
esse omnia spoliatis vel electis epi-  
scopis, & in eo loco, vnde abscesserāt, fun-  
ditus reuocanda, quacunq; conditione tē-  
poris, aut captiuitate, aut dolo, aut violen-  
tia maiorum, & per qualcunq; iniustas cau-  
fas res ecclesiæ vel proprias, id est, suas sub-  
stantias perdidisse noscuntur, voluit. Qua-  
propter si quis sacerdotio spoliatus repe-  
riatur, conditione ex canone, reintegranda,  
restitutionem petet, possessione tamen  
prius & detectione probata. c. consulta-  
tionibus. de offic. deleg. Quintum est, con-  
stitutionis si quis in tantam. C. vnde vi.  
quod locum habet, cūm possessionem rei  
mobilis, aut immobilis, quis vi occupat,  
aut inuidit, dominum nempe rei, si tamen  
dominus erat, amittit, restituta possessio-  
ne spoliato. Quod si res aliena erat, rem re-  
stituit, & ultra in rei estimatione condēna-  
tur. Sextum remediu, est edictu diui Mar-  
ci, quo cautū est, vt creditores, si quas pu-  
tant habere petitiones, actionibus experiā-  
tur, alioquin si res debitorum temerē inua-  
serint, rem acceptam restituunt, & ius cre-  
ditō amittunt. l. extat. ff. quod me. cau. l. cre-  
ditores. ff. ad legem Iul. de vi p[ro]l[icitu]r. Sane  
dixi temerē, quoniam secus, si iudicis au-  
thoritate, aut pacti, veluti, quia partes pe-  
pigissent, vt non soluto debito creditor, pos-  
sessionem debitoris ingredi liceret. l.  
iij. C. de pignor. Septimum est constitu-  
tio. l. cūm quærebatur. C. vnde vi. quæ (vt  
Bald. illuc docet) una est ex quinquaginta  
decisionibus Iustiniani, in eum producta,  
qui rem immobilem vacātem authoritate  
propria occupauit. Octauum est l. si colo-  
ni. de agrico. & censit. lib. xij. C. quod pro  
rebus animatis, quarum possessionem per-  
didimus, vt nobis restituatur, cōpetit, de-  
clarat Panor. in c. sæpè. col. ij. alleg. Cæte-  
rū in quibus hæc inter se differant, cūm  
ex prædictis non plane liqueat, specialius  
tractandum veniret, sed quoniam singula  
repetere oblongum esset, de interdicto  
vnde vi, duntaxat verba faciam: vt autem

planum sensum huius subobscuræ mate-  
riæ habere possis, annotabis sequentes  
regulas.

4. Decimaseptima. † Interdictum vnde vi  
non competit aduersus singularem succe-  
sorem. l. cūm à te. ff. de vi & vi arm. c. cūm  
ad sedem. de restit. spol. ratione prompta,  
quia interdictum vnde vi, personale est. l.  
i. s. pen. ff. de interdi. & idem in actione in  
factum, quæ loco interdicti vnde vi, hodie  
datur. s. fin. de interd. actiones autem per-  
sonales non rem, sed personām sequuntur.  
l. i. s. si h[ab]eres p[re]cepto fundo. ff. ad Treb. l.  
fi. s. fi. ff. de contrah. emp. l. h[ab]eres. C. de do.  
4.2 † Cæterū obstat huic regulæ text. in c.  
sæpè. de restit. spol. vbi spoliatus possessio-  
ne non tantum contra spoliantem agit, sed  
etiam ab illo, qui scienter ab spoliatore r[ec]e-  
cepit, restitutionem petet, cūm succedat  
in vitium. Sed breuiter dic condicione ex  
illa decretali, sæpè. contra tertium posses-  
sorem agi posse, non autem interdicto vnde  
vi, quod personale est. Bart. in d. l. cūm  
à te. Declara per interdictum vnde vi, à le-  
ge ciuili erat tantum prouisum contra spo-  
liantem, mandantem, & ratum habentem:  
verū, quoniam non multum interest,  
vtrum sciēter detineas, an inuadas alienū,  
constituit Innoc. iij. in concilio generali,  
vt si quis rem eiusmodi emerit, aut alio ti-  
tulo singulari scienter receperit, cūm suc-  
cedat in vitium, restitutioni sit obstrictus.  
Ijs habes differentiam inter interdictu vnde  
vi, & remediu ca. sæpè. quam omnes,  
4.3 quotquot legerim, approbant. † Mihi ta-  
men nō placet, quinimo aduersum omnes  
existimo d. c. sæpè. de interdicto vnde vi,  
loqui, vt id, quod à lege ciuili strictis regu-  
lis concludebatur, per ius pontificium ad  
singularem successorem scienter in vitium  
succedentem summa ratione fuerit exten-  
sum: quod text. illuc tam clare probat, vt  
negari nō nisi cum maxima calumnia pos-  
sit, si iungamus principium text. dum di-  
cit: non subuenitur per restitutionis bene-  
ficiū, de interdicto vnde vi, vt nemo ibit  
inficias intelligens, cūm vltimis verbis, dū  
ait: per restitutionis beneficium succurri-  
tur, de eodem interdicto constituēs. Nec  
huic nostro sensui obstat, quod vulgo di-  
ci solet: quod nō mutatur, quare stare pro-  
hibetur. l. sancimus. C. de testa. & quia ita  
intelligendo necessum est l. ciuilis corre-  
ctionem induci, quam tamen vitare debe-  
mus. c. cūm expediat. de elect. in vj. Nam  
hoc obtinet, cūm in dubijs sumus. At in  
casu claro, quid verbis contendere opus  
est?

xvij. Regula

Declaratum  
c. Sæpè

Explicata l. 4  
uitia. C. de ac-  
quir. posses.

No. declarat-  
io.

No. sensus  
ad s. aliqui  
do. l. si cum  
exceptione:

est: non' ne text. in d. c. s. a. p. e. dicit non obstante iuris civilis rigore: quæ verba claræ eiusdem legis correctionem inducunt. Ac curs. in l. cotem ferro. §. fin. ff. de publica. & in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit. Et postquam hunc sensum scripsisse, & publicè docuisse, à Bart. Soci. prius traditum fuisse comperi in l. rē quæ nobis. col. iij. ff. de acquir. posses. fructuosum esse dicens, quoniam priuilegia concessa interdicto vnde vi, contra spoliæ tem, competerent etiam contra succedentem scienter in vitium, quod est notatu di-

Explicata l.

44 gnum. † Obstat deinde huic regulæ præter altos, quia vitium violentiæ trāsit cum re in quemcūq; successorem. l. vitia. C. de acquiren. posses. Sed id quantum ad impe diendam longi temporis præscriptionem obtinet. §. furtiuæ quoq; res. de vñscap. au then. malæ fidei. C. de præscrip. longi tem poris. non quantum ad possessoria iudi cia. d. l. cùm à te. ff. de vi & vi arma. & l. bo ne fidei. ff. de acquiren. rer. dom. Planè nō est perpetua hæc regula: nō enim obtinet, si is, qui spoliauit, non esset soluendo, nam in subsidium singularis successor, iure etiā civili interdicto vnde vi, conueniri potest. Accurs. Bart. Alber. & Ang. in d. l. cùm à te. per l. itaq; ff. de furt. Bald. in l. j. ad fin. C. de reuoc. ijs quæ in fraud. credit. Sequū

45 tur omnes in locis communibus. † Sed di ces, hæc limitatio superuacanea videtur, cùm sine distinctione contra singularem successorem succurratur, per c. s. a. p. e. Re sponde, remedium illius c. non cōtra igno rantem vitium spolij, sed contra eum tan tum, qui sciens rem recepit, competere, vt illuc glof. Panor. & alij docuerunt. Nostra autem exceptio in singulari etiam posses sorse vim illatam ignorate procedit: quod & si nemo tangat, verum esse existimo, ne vis, quam passus sum, mihi sit damnsa, quemadmodum in actione, quod metus causa, dicimus, quæ contra singularem suc cessorem etiam bonæ fidei datur. l. si cum exceptione. §. aliquādo. ff. quod met. cau. Cur autem non idem, & adeò generaliter in interdicto vnde vi, traditum sit, laborat Ang. & cæteri nouissimi, maximè in hoc

No. sensus  
ad §. aliquā  
do. l. si cum  
exceptione.

46 §. nihil commune. † Ego quicquid alij ea in re opinati fuerint, semper sum arbitra tus nullam quo ad hoc differentiam inter interdictum vnde vi, & actionem quod metus causa. Quoniam sicut interdictum vnde vi non datur contra singularem suc cessorem, nisi expulsore existente non so luendo, ita neq; actio quod metus causa,

& sic intelligo. d. s. aliquando, in quo etiā probatur hic meus sensus, dum in fine as signans rationem dicit, ne metus, quem passus sum, mihi captiosus sit. Quare patet eum tex. loqui, cum expulsor non est soluendo, quia si soluendo esset, contra eum agi posset, quare metus illi captiosus non esset.

47 Duodeuicesima regula. † Interdictum vnde vi contra vniuersalem successorem, puta hæredem datur. l. si plures. ff. de vi & vi arma. c. si episcopum. xvij. q. vij. glo. in c. significauerunt. de testi. quod sanè intelli ge inquantū ad eum peruenit, ideo si pluri bus stantibus hæredibus ad vnum tantū peruererit, solus ille conuenitur. d. l. si plu res. Obstat huic regulæ, quod vulgò ef ferrī solet, ex delictis defunctorum hæ redes minimè conueniri. l. j. C. ex delict. de funct. Sed dic quod hæredes vim inferē tis non conueniuntur ex delicto defuncti, tanquam obligatio sit mere hæreditaria, sed quia res ad eos peruenit, quod ex eo vel maxime liquet, quoniam (vt dixi) is tā tum hæres, qui possidet rem, conuenitur. Cum. Imo. Aret. & posteriores in l. iiiij. §. Cato. in iij. oppo. Bart. ff. de verb. obliga.

xvij. regula.

48 Decimanona regula. † Interdictū vnde vi pro rebus soli duntaxat competit. l. j. §. hoc interdictum. & l. iij. §. vnde vi. ff. de vi & vi armat. Declara hoc verum in inter dicto vnde vi directo, secus in vtili, quod pro iuribus incorporalib, à quorū quasi possessione quis deiectus est, datur, veluti, si quis à quasi possessione iurisdictionis expulsus sit. Inno. in c. querelam. ad prin. de elect. Bart. in d. l. iij. §. vnde vi. refutans contrariam Azo. & Accur. sententiam. Et hæc declaratio mihi durabus rationib; pla cet. Prima, quia vñs iuris incorporalis pro possessione à lege accipitur. l. quoties via. ff. de seruit. Et quia licet verba le gis, de possessione loquentis non conue niant, mens tamen adaptatur, ideo vtile saltem interdictum locum habebit. Accurs. in l. ex legato. C. delega. Bar. in l. j. ff. de actio. & obli. Bal. Pau. Alex. in l. cura toris. C. de neg. gest. Nec existimes minus consultum expulso agenti per vtile, quām per directum, cùm non effectu, sed nomine tantum differat. Ideo (vt Iuli. Paul. ait) non refert, an directa quis vel vtile actio ne agat, vel conueniatur. l. actio. ff. de neg. gest. Non est prioribus dissimilé, quod Accur. & cæteri in l. si quis in tantam. C. vnde vi. scribunt, cōdictionem ex illa le ge dari pro iuribus incorporalibus. Et idem

xix. regula.

Duplex ra tio.

No. declara tio.

In interdicto, vti possidetis, prodidit. Bar. in l.j. ff. vti possid. Sed nunc de officio iudicis dicemus.

xxii.regula.

49 Vicesima regula. † Officiū iudicis contra singularē successorem malæ fidei non datur, hoc est, contra illū, qui scienter succedit in rē vitio violentiæ affectā. Panor. in d.c. sāpē. per illū text. qui supponit, nullum remedium possessorū ante illud cōsuisse prodītū spoliato cōtra singularē successore scienter succedentē in vitiū. Quinimo habebat necesse probare expulsus dominū, cuius cūm difficilis sit probatio, sāpē cōtingebat expulsos nō modō possessione, sed & dominio propter illius difficultem probationē priuari. Obstat c. quia V. de iud. vbi cūm V. violēter ecclesiā P. clericū occupasset, impetraverat idē P. literas super restitutione cōtra V. violentū occupatore, quo mortuo R. sciens vitiū defuncti V. eam ingressus est, cōstituit illic Celest. pontifex sub forma priorū literarū inter R. & P. & sub eisdē iudicibus negotiū terminabitur perinde, atq; inter V. & P. si viueret, terminaret. Clare ergo probat ille tex. quōd officiū iudicis imploratur cōtra singularē successore succedentē in vitium. Obstat deinde tex. in ca. bonaē memoriae de app. vbi Abbas & monachi sancti Augustini Cātuariē, ecclesiæ, qui à laicis eiusdem diœcesis, eademq; ecclesia spoliati fuerunt, restituūtūr cōtra Archidiaconū, qui reperitur eandē ecclesiā possidere, quod cūm interdicto vnde vi, fieri non possit. d. l. cūm à te. iudicis officio fieri credendum est. Tertio obstat ratio: Officiū iudicis vbi cūq; ratio suadet, cōpetit, quāuis strictum ius repugnet. l. hæreditas. in fin. ff. de petit. hær. l. Quintus Mutius. g. Pōponius. ff. de annu. legat. Proinde Barto. illic & in l. nec quicquā. g. fi. ff. de offi. procon. & in l. seruos. ff. de ali. & cib. legat. tradit, vt quāuis Franciscani quod eis relictū est iure actionis petere nō possint. cle. exiui de paradio. de verb. sign. possunt tamen implorare officiū iudicis, vt illos cōpellat. Quid autē æquius iustius' ve esse potest, quām quōd res, à qua vi expulsus sum, mihi ab eo maxime, qui in vitium successit, restituatur?

Intellectus  
c. quia V. ex  
c. bonaē.

Franciscani  
quo iure pe-  
tant relictū.

contra violentum occupatorem impetratas, ad succedentē in vitium extendi, quādoquidem de modico tractetur præiudicio. Secundò quōd c. quia V. licet ordine antepositum sit c. sāpē. post illud tamen emanauerit, de remedioq; illius loquāt, ad illud hoc addēdo, vt quēadmodū possessorum remediū contra singularē possessorē succedentem in vitium datur, eadem æquitate extendatur rescriptum contra violentum impetratum ad singularem successori rem. † Non obstat c. bonaē, quoniam ibi speciale est: agebatur nempe via attentati, cūm spoliatio facta fuisset lite, & appellazione pendente, attentata autē etiā ante litem contestatam, post tamen citationē officio iudicis reparantur. glos. in cle. fi. vt lit. pē. Neḡ vlo ordinario remedio opus est. c. pe. & fi. vt lit. pendē. Quamobrē Bal. in c. j. g. sancimus, quo temp. mil. in feud. docuit nō modo attentata lite vel appellazione pendente, sed omnia, quāe lite pendente dolo, vel malitia sūt, à partibus ad officiū iudicis corrigenda & reformāda pertinēt. Ad quē tu adde tex. expressū in l. ediles. g. itē sciendū. ff. de ædil. edi. q; vult iudicistām atq; iudex factus est, omnium rerum officium incumbere quācunq; in iudicio versantur, quamvis quāe ante iudicium cōtingunt, non valde ad eum pertineant, nisi fuerint ei nominatim iniuncta. † Ijs vides longē vtilius esse officio iudicis, quām interdicto vnde vi, aut alio possessorio remedio experiri. Vt autem fructus tibi clarius liqueant, tres singulares referam. Primus: quoniam & si spoliato agenti recuperande, regulariter obstat exceptio alterius spoliij. c. fi. de cog. fallit nisi proponatur officium iudicis propter spoliationem lite pendente factam. Author est Ioā. Imo. quem nemo reprobat in c. j. de ord. cogni. Alter: tametsi agenti recuperandæ obstat excommunicationis exceptio, glo. in c. ex insinuatione, de procurat, si tamen propositū est ab spoliato lite pendente officium iudicis, excommunicationis exceptio non obstat. Fely. in c. dilectus, de rescrīp. cūm tunc nō agat iure actionis, à qua excommunicatus pontificum constitutionibus excluditur. c. Intelleximus, de iud. Tertius: Licet agens possessorio recuperādæ, in beneficialibus, & spiritualibus, teneatur saltem semiprēnē docere de titulo, quare eidem agēti obstat notorius defectus proprietatis. c. ad decimas. de resti. spolia. in vj. Hoc tamē non obtinet in eo, qui pēdēte lite spoliatus officiū iudicis proponit, qui titulū suaē possessoris

Intellectus  
ad c. bonaē.Attentati re  
paranda.Tres utilita-  
tes.

xxij.regula. 53

xxvij.regula.

sionis iustificare nō cogitur, docēt in d.c. ad decimas. Perus. in alleg. c. bonæ. Oldr. consil. cxcix. Postremo non obstat ratio, quoniā verum est officiū iudicis cōpetere vbi æquitas suadet, & nulla subest obligatio, alioquin officiū iudicis competere nō potest, cū nullā supponat obligationē. l. q. per collusionē. §. fi. ff. de act. empt. in casu autē nostro obligatio subest ppter sc̄iētiā succendentis in vitiū, ppter quā obligatur.

**xxij. regula.** 53 Vicesimaprima regula. + Officium iudicis non cōpetit contra tertium possessorē bonæ fidei, hoc est, cōtra illū, ad quē ignoranter peruenit res violenta. omnes in d.c. s̄apē. Mouētur, quoniam ei, qui communī auxilio & mero iure munitus est, non debet tribui extraordinarium auxilium, quale est, officium iudicis. l. in causæ. ij. ff. de minorib. l. in prouinciali. in princ. ff. de nou. ope. nunt. l. cū filius familiæ. ff. si cert. pet. l. i. C. de liber. & eor. lib. c. ij. vbi glos. de offi. iud. A duersus autē tertium possessorēm siue vicio, ordinarium remediū canonis reintegranda, cōpetit. Canonistæ omnes in c. cūm ad sedē. & c. s̄apē. de resti. spolia. Panor. in c. si diligenti. de reſcript. Bar. & sequacium opinione confutata in l. rē quæ nobis. ff. de acqui. pos. Non ergo datur officiū iudicis, quod cum alijs remedijs possessorijs nō concurrit. Panor. in c. accedēs. j. col. ij. vt lit. nō contesta. Quandoq; autē animaduerti huic doctorū rationi responderi posse ex vulgari iuris regula, vbi extraordinarium remedium est introductum causa adiuuandi ordinariū cōcurrunt Barto. in l. de vsu. ff. de var. & extraordi. cog. officium autem iudicis est huiusmodi in materia nostra.

**xxiiij. regula.** 54 Vicesimasecunda regula. + Ei qui à propria possessione culpa, negligētia, aut alia simili causa cecidit, officium iudicis nō datur. l. ab hostibus. ff. ex qui. caus. maior. c. accedens. vbi Imo. not. vt lit. non contest. Obstat huic regulæ. Quia eo casu nullū ex possessorijs remedij competit, etiam cano. reintegranda, quod tamen ceteris generalius est, vt suo loco docebimus. Quapropter ex æquitate officio iudicis, veluti extraordinario remedio videbatur debere succurri spoliato. Sed responde nulla æquitate illi succurrentum esse, qui sua tam imprudenter negligit. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credi. Planè ab regula excipe ecclesiam, minorē, absentem, & personas similes, quibus à iure restitutionis in integrum beneficium conceditur. cap. accedens, vbi Panor. alleg. Soci. cōsil. xxxix.

vol. ij. Subinferens amissō in integrum reſtitutionis beneficio, ijs personis officium iudicis minimē competere, quandoquidē regula iuris dicat: cessante aut extincta cauſa priuilegiij, cessare etiā priuilegium. l. Titia Seyo. §. vsuras. ff. de leg. ij. & quod in fauorem, vel odium alicuius inductum est cauſa fauoris, vel odij finita, tollitur. Pfin. C. qui ad liber. peruenire non posſunt. & in proprijs terminis ex facto Socynus respondit consilio cclxvj. colū. vij. volu. ij.

**xxvij. regula.** 55 Vicesimatertia regula. + Cōmodatio, depositario, inquilino, & similibus psonis, q. nō possident, sed detinent spoliatis, officiū iudicis pro recuperāda tenuta datur. Accurs. in l. & non tantum. ff. de petit. hæred. Accurs. in l. Aquilius Regulus. ff. de dona. & in l. manifestissimi. §. sed in secunda. C. de furt. Barto. in l. de vsu. per illum text. ff. de var. & extraordi. cogni. & Castren. in l. rem quæ nobis. ff. de acquirend. possel. Declara, certum est domi minūm deſcientem seu spoliantem colonum teneri actione ex locato in id quod coloni interest, in quo etiam lucrum eius continebitur. l. si fundus. §. penult. ff. loca. quia autem non possidet, sed detinet nullo possessorio remedio ei succurritur, neq; contra dominum, neq; contra tertium. l. j. deſcitur. ff. de vi & vi arma. intelligo ex persona sua, quoniam agere potest contra dominum vt sibi cedat interdictum, & tunc iure cesso possessorio experictur, alio item casu, si possessionē domino colonus interuerisset. l. cūm fundum. versi. empto rem. ff. de vi & vi arma. Accurs. in l. si de fundo. C. de loca. proinde cūm colonus, & similes personæ, nullo ex possessorijs remedijs iure proprio vti possint, & æquitas eis subueniendū esse dicat, eis officio iudicis succurrat. Cui tamen iam satis datum est: ideo nūc de remedio c. s̄apē. dicamus.

**xxviii. regula.** 56 Vicesimaquarta regula. + Agenti auxilio ca. s̄apē. contra successorem singularem malæ fidei non obstat exceptio proprietatis. Cardi. in eo. c. s̄apē. quemadmodum enim spoliator dominij quæſtionem referre nō potest. l. si quis emptionis. §. sed hæc contra. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. publi. nec singularis successor malæ fidei, qui in hoc violētiae vitium succedit. Sed & clarior hæc regula redditur ex nostro sensu, quem ad cap. s̄apē. verissimum esse defendimus, vt de interdicto vnde vi, loquatur: contra quod certissimi iuris est

Cessante cauſa priuilegiij.

312 IOAN. CORASII IVRISCON. PARAPH R.

xxv. regula.

proprietatis exceptionē obijci non posse, cùm spoliatus ante omnia restitui debeat.

Vicesimaquinta regula. Iudicium c. sāpē. datur cōtra bonę fidei singularē successorē ab initio, qui tamen ex postfacto cōpet habere scientiā violentiā. Butri. & Panor. in d.c. sāpē. Necp enim (vt in eodem c. scriptum est,) multum interest quo ad periculum animae sciētes detinere, atq̄ in uadere alienum. † Ego alias hanc omniū regulam quæ maximam præ se fert aequitatem, iure veram non esse defendi, multisq; nō contemnendis rationibus mouebat. Prima, quoniā possessio, quæ ab initio propter bonam fidem iusta fuit, ob superuenientē scientiam rei alienæ nō efficietur iniusta. l. vni. ad si. C. de vsucapio. trāsf. cùm nō ratio retinendæ, sed origo nāciscendæ possessionis exquirenda sit. l. clā possidere. ff. de acqui. pos. & vniuerscū actus initium spectandum esse dixerit VI. pianus. l. si. procuratorem. ff. mandat. tanquā sit cuiuscū rei potissima pars. l. j. ff. de orig. iur. vnde vulgō dicimus: à primordio tituli posteriorē formari euentū. l. vni. C. de impo. luc. descrip. li. xj. C. Altera ratio, † quādo lex imponit pœnam aliquid agenti scienter, vt poena locum habeat requiritur scientia tempore actus, nec sufficit ex postfacto scientiā superuenisse. glo. in cle. vnic. de consang. & affinit. quæ docet eum, qui in gradu prohibito ignoranter matrimonium contraxit, non incidere in pœnam illius clemēt. licet postea sciuerit, & cohabitauerit, cùm ad initium nuptiarum hoc sit referendum. l. quid ergo. ff. de his qui not. infa. proinde & alibi glo. in c. decreuit, de hæret. in vj. tradidit dispositionem illius c. constituentis dotes vxorum propter hæresim maritorum non debere confiscari, nisi vxores scirent eos hæreticos cùm contraxissent, procedere in suis terminis. Nam si maritum tempore contracti matrimonij vxor hæreticum nesciebat, licet postea sciuerit, non confiscatur dos. Ijs non ineptè addi potest, quod voluit glos. in cap. statutum. de rescript. in vj. dicens traditionem illius c. quæ vult causas ab apostolica sede debere committi dignitate præditis, aut canonicatum ecclesiæ cathedralis obtinentibus, debere ampliari in eo, qui datæ literarum tempore erat canonicus, licet tempore præsentationis nō esset, cùm semper initium spectandum sit. l. ij. §. scio. ff. de mino. l. damni infecti. §. Sabinus. ff. de damno infecti. l. qui cùm major. ff. de bon. libert. Tertia ratio ex d. c. sāpē.

No. opinio.  
Si lege sciens  
puniatur, sci-  
entia actus tē-  
pore necessa-  
ria est.

Dos uxoris  
propter faci-  
nus maritino  
confiscatur.

pē, colligit in illis verbis, si sciēter talē rem receperit. Si tamē illud vulgare addideris, qualitas adiecta verbo debet intelligi secū dū tēpus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox. actio. l. Titius. ff. de test. milit. Rationi autem doctorum sic respondebā, quod is non iniuste dicitur detinere, qui iustum habuit possidendi principium. d. l. vni. de vsuc. transf. C. Præterea d. c. sāpē. ex quo regula ista & ratio à docētibus colligitur hoc ntitur, quia singularis successor successerat in vitium, hoc autē dici nō potest, nisi in eo, qui ab initio habuit scientiam violentiā. Nam qui ex postfacto, nō possunt dici propriè in vitium successisse, cū quo successerunt tempore essent in bona fide. Necp enim potest dici is vitij successor, aut particeps, qui vitiū ignorauit. l. sed et si lege. §. scire autē. ff. de petit. hered. l. q autē. §. hoc edictū. ff. quæ in frau. cred. 59 Porrò † hanc nostrā aduersum alios sentētiām interpretarer veram esse, cùm singularis successor rem haberet titulo onero- so, quoniā si lucrativo, à communi non docerem recedendum esse. Quādoquidē in alienatis titulo oneroso dolum aut fraudem alienationis interuenisse sufficiat, quā quam in alienatis titulo lucrativo & dan- tis & recipientis fraus requiratur. l. ignoti iuris. C. de reuoc. his quæ in frau. cre. Accur. & cæteri in §. item si quis in fraudem. de actio. in insti. non enim par eademq; ra- tio videtur amittere debita, & lucra non capere. l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. l. fi. C. de codicill. l. Proculus. ff. de damno in- fect. Rursus declaro meam sentētiām ob- tinere: cū spoliā soluendo esset, alioquin contra singularem successorem, qui etiam ab initio bonam fidem habuit existimare competere. d. c. sāpē. remedium, quemadmodū in interdicto vnde vi diximus pau- lō antē. Postremò intelligo opinionem meā, si is singularis successor, qui rem ha- bet titulo oneroso duobus saltem tempo- ribus in bona fide fuisset, & contractus, & traditionis. Nam (vt Iul. Paul. ait) & bona fide contraxisse, & bona fide possessionē adeptus esse debet. l. ij. ff. p. empt. Accurs. in l. qui autem. §. hoc edictum. ff. quæ in fraud. credit.

60 Vicesimasexta regula. † Successor singularis præsumit ignorare violentiam antecessoris. Ioā. And. But. & Panor. in c. sāpē. alleg. Ignorātiā enim præsumit vbi sci- entia non probatur. l. verius. ff. de probat. ca. præsumitur. de reg. iuris in vj. Stringe pressius, quia respectu singularis successo-

ris,

Dissolutum  
Doct. argu.

Declarata  
no. opī.

Tres casus à  
reg. excepti.  
Quæ palam 61 b  
funt nos sci-  
re credēdum  
est.

Coniunctus  
quādo facta  
coniunctoriā  
scire præsu-  
matur.

Panor. sentē  
tiā sine distin-  
ctione pro-  
bata.

xxvi. regn.

Tres casus à  
reg. excepti.

Que palam  
funt nos sci-  
re credendum  
est.

Coniunctus  
quādō facta  
coniunctorū  
scire presu-  
matur.

Panor. sentē  
ti: sine distin-  
ctione pro-  
bata.

Dissolutum  
Doct. argu.

Declarata  
no. op.

ris, violētia est factū alienum, cuius igno-  
rantia semper & præsumitur, & toleratur.

1.fin. ff. pro suo, glof. & Canonistæ in c. ab  
excommunicato. de rescrisp. Excipe tres ca-  
sus. Primus, si iniurio aut violētia esset pu-  
blicè facta, quando ea, † quæ palam & pu-  
blicè fūt, non sit verisimile nos ignorare.  
c. j. de postul. præla. c. cùm in tua. qui mat.  
accus. pos. l. sed & si pupillus. §. proscribe-  
re. ff. de institu. actio. inde illud vulgatum:  
Non est adiumento priuata ignorātia, vbi  
publica scientia deprehendit. Accurs. in  
l. si tutor. C. de peric. tut. Floria. & recen-  
tiores in l. si huiusmodi. §. si ita. ff. de lega. j.

62 † Secund⁹ casus, si successor singularis cō-  
iunctus esset, aut consanguineus. Panor-  
mi. in d. c. sæpè. col. pe. quia coniuncti præ-  
sumuntur scire facta coniunctorū. l. Octa-  
ui. ff. vnde cogn. l. de tutela. C. de in integ.  
restit. l. si filium. C. de liberal. cau. c. con-  
stitutis. j. de testib. Sunt tamen qui hanc  
limitationem colorata ratione improbēt.

Nam quòd coniunctus scire facta coniun-  
cti credatur in iuribus sanguinis & proces-  
su naturæ, de quibus textus allegati lo-  
quuntur, interpretādum est. Bal. in l. quo-  
niam. C. de iure. delib. aut de factis, quæ  
tractum habent successiuum, non de ijs,  
quæ habent tractum momentaneum, vt  
homicidium, furtum, spolium, & similia,  
quæ non nisi occulte, & clanculum fieri  
solent, proinde coniunctos verosimiliter  
latere possunt. Bal. in l. j. C. de collus. de-  
teg. Quare sub regula nostra stādum esse  
censem, etiam si singularis successor cō-  
iunctus esset, si tamen rem haberet titulo  
oneroso. l. penul. C. de euict. Quòd si lu-  
cratuo, puta donationis, cùm tunc fraus  
inter contrahentes præsumatur. l. data. C.  
de dona. probabilius videtur, quòd exce-  
ptio nostra procedat, vt singularis suc-  
cessor violentiam scire creditur. Barto. in l.

63 post contractum col. j. ff. de dona. † Cæ-  
terū ego hanc Panor. exceptionem ad-  
uersum alios sine vlla distinctione recipio.  
Itaq; considero, vt quamvis furtum, ho-  
micideum, & similia delicta cùm occulte  
& clanculum fiant, coniunctus non præsu-  
matur scire. Attamen spolium, cùm non  
nisi plurium personarum interuentu com-  
mitti possit nō modo cōiunctos, sed neq; plerosq; alios verosimiliter latere potest,  
& à communiter accidentibus patet spolia  
quamquam ab authoribus furtim & clan-  
culum fieri desiderentur, ab omnibus ta-  
men ferē sciri. Quo aduersantium ratio re-  
fellitur, & limitatio nostra confirmatur.

64 † Tertius casus est, in singulari successo-  
re vicino, qui cùm scire facta vicini præsu-  
matur. c. quosdam. & c. quanto. de præ-  
sump. c. cùm dilectus. de purg. canon. l. fi-  
lium. ff. de ijs qui sunt sui. violentiam à vi-  
cino illatam non creditur ignorare. Sed  
qua ratione Riparius superiorē exceptio-  
nem carpit, hanc improbat. Nam quòd  
vīcinus scire facta vicini præsumatur in fa-  
ctis tractum successiuum habentibus ob-  
tinet, non in momentaneis. Quid enim sci-  
re potest vīcinus, si ego domi feci contra-  
ctum, qui momento expeditur? Saly. Ful-  
go. & posteriores in l. j. ff. de rebus credit.  
Bal. in l. conuenticulam. col. v. C. de episc.  
& cler. & in l. j. C. de collus. detegen. Fely.  
profusè in c. literis. de præsumpt. Quam-  
obrem secundum eundē hæc quæstio du-  
pliciter intelligi potest. Aut in vicino spo-  
liantis, & tunc limitatio nō procedat. Aut  
in vicino rei, & tunc vera sit, cùm præsen-  
tia rei sit quoddā obiectū ipsius vīcini, p-  
inde q̄s sit illius possessor creditur scire. c.  
§. si tres. de pac. tenen. in feud. Tu tamen  
periculo meo hanc exceptionem tenebis.  
Rationi autem Riparij ex his quæ supe-  
riore casu docui, facili negotio respon-  
debis.

65 Vicesimaseptima regula. † Iudicium c.  
sæpè. datur contra quemcūq; etiam mille  
simum successorem. Innoc. Panor. & cæte-  
ri in eodem c. sæpè. Ratio nempe peccati  
in quocunq; scienter in vitium succedente  
militat. Quapropter omnes successores  
pares fiunt, cùm ad se rem non pertinere  
sciant. l. sed & si lege. §. si ante. ff. de pet. hæ-  
red. Obstat tamen huic regulæ d. c. sæpè.  
dum inquit: per spoliatorem in aliud re  
translata. Non ergo nisi primum possesso  
rem comprehendit, qui causam habuit à  
violentio deiectore. Sed responde, quòd li-  
cit constitutio illa specialiter loqui videa-  
tur, cùm tamen ratio sit generalis, genera-  
liter est intelligenda. l. regula. §. sed & si  
quis. ff. de iur. & fac. ignor. Accurs. in ru-  
bri. C. etiam ob chirograph. per Bal. in c.  
secundo requiris. de appell. Sed misso c. sæ-  
pè, ad c. reintegranda, transeamus.

66 Vicesimaoctaua regula. † Auxiliū ca-  
nonis reintegranda, competit etiam cōtra  
singularem successore bonæ fidei. Archi.  
in eodem c. reintegranda. iij. q. j. Innoc. in  
c. querelam. de elect. canonistę communi-  
ter in c. cùm ad sedem. & c. sæpè. de restit.  
spol. legistę in l. rem quæ nobis. ff. de ac-  
quir. posses. Lap. alleg. ljj. Paul. Castren.  
in l. & ideo. §. j. ff. de condic. furt. Hinc vi-

Vicinus ut  
plurimū sci-  
re facta vi-  
cini credi-  
tur.

xxvij. regula

xxviii. regula

Remedium  
e.reintegrana  
da.alio quo-  
cunque pma-  
guis.

Opinio in co-  
munem defen-  
sa.

Verbum san-  
cimus noui  
iuris promul-  
gatorum.

des illius canonis remedium pinguius esse quocunq; alio: quam obrem nouum remedium in æquitate summa fundatum inducit. Cùm enim difficultimum sit probare dominium. l. cùm res. cum ibi notat. C. de probat. durum esset, vt cadenti à possessione iniuste, quia per violentiam propterea possessorum non daretur, quod per multas manus ambulasset. Ad hanc regulam adde text. in c. cùm ecclesia. iij. q. ij. quigeneraliter concedit hoc remedium contra quoscunq; possidentes res contra voluntatem spoliati, cùm ergo generaliter loquatur, generaliter debet intelligi, vt maximè aliquid inducat, & non loquatur in casu alias per multa iura prouiso. l. quod Labeo. ff. de Carbon. edicto. l. Domitus. ff. de testamen. l. j. in fin. ff. ad municip. c. rurus. qui clerici vel voun. c. cùm in iure. de offic. delega. Cæterum quòd nullum nouum remedium inducatur, sed per eum canonem iura duntaxat vetera seruari mandentur, aduersus crebram opinionem pleriq; tenuerunt, maximè Bartol. & Aretin. in d. l. rem quæ nobis. quorum sententiam non parum iuuat c. cùm ad sedem. de restit. spoliat. vbi Cumanus episcopus, contra quem simpliciter petita fuerat restitutio possessionis per hospitale de monte Citano spoliatum, sicq; canonis reintegranda, remedium continebatur, tamen, quia non fuit probata spoliatio facta ab episco.

67 po Cumano cōuēto, fuit absolutus. † Et hæc sententia verior videtur, quam etiam confirmat text. in d. c. sæpè. dum vult quo tempore conditum fuit c. illud translata re in alterum à spoliatore contra singularem successorem nō competuisse aliquod remedium, ideo sæpius cōtingebat, quòd spoliatus re per spoliatorem in alium trāslata commodo possessionis amissio propter difficultatem probationum, ius etiam proprietatis amitteret, id autem siper canonem reintegranda, prius conditum pruisum fuisset, frustra esset inductum c. sæpè. quod tamen nouum remedium est, vt ex eo, vel maximè liquet, dum vtitur verbo, sancimus, quod est noui iuris inductuum. c. fin. de tempor. ordinan. c. decernimus. de iudic. Necq; obstant verba canon. reintegranda, similiumq; textuum dicentium restituenda esse omnia spoliatis, hoc enim non conditione ex canone illo, sed competentibus actionibus, puta, si dolo cōtraxerit, actione de dolo: si metu, quod metus causa: si vi, interdicto vnde vi, & sic de similibus. Quòd autem non sit nouum

remedium, patet, quia text. in c. cùm ecclesia. iij. q. j. in quo verba dicti canonis referuntur, dicit legibus omnia reintegranda, hoc est secundum leges.

68 Vicesimanona. † Remedium canonis reintegranda, non tantum pro rebus ecclæ, aut clericorum, sed & pro rebus laicorum datur. Bartol. & crebro cæteri in d. l. rem quæ nobis. Butrig. in d. c. cùm ad sedem. Constitutio quippe illius canonis, ad violentias compescendas, corrígendaq; crimina, ne quis cum alterius iactura lucretur, inducta est, quæ ratio etiam in rebus laicorum militat: eadem ergo debet esse dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. l. à Titio. ff. de furt. c. translat. de constitut. Obstat tamen, quia ea constitutio exorbitans est, corrigit nempe ius ciuile, scilicet l. cùm à te. ff. de vi & vi arma. ergo restringenda, non amplianda.

l. quæ verò contra. ff. de reg. iur. Præterea loquitur text. ille in rebus ecclæ aut clericorum, & sic in personis priuilegiatis, & fauorabilibus. c. ij. de dolo & contu. c. j. de cleric. coniug. in vj. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fune. non ergo ad laicos, & sic personas minus priuilegiatas extensio fieri potest, alioquin affirmatiuè de maiori ad minus argumentaretur, quod non licet. c. cùm in cunctis. de electi. Tu paucis dic constitutionem illius canonis non esse veteris iuris correctoram, sed noui induciatam (si tamem communem, quam superiori regula controuertimus, defendere etiam velis) nihil enim corrigit: sed noui 68 tantum remedium addit. † Præterea quæ uis corrigeret, cùm illius dispositio ad fauorem animæ tendat, extensio de casu ad casum, ex identitate rationis fieri potest. Bartol. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Panormit. in c. ex tenore. qui fil. sint legitimi. & in c. quæsivit. de diuor. Quo etiam secunda ratio refelli potest. Nam cùm tractetur de fauore animæ, lex loquens de clericis, ad laicos protrahitur. glos. in c. possessor. de regul. iur. in vj. Sed suo ordine de constitutione l. si quis in tantam. dicamus.

70 Tricesima regula. † Si quis rem vi occupat, aut inuidit, siquidem propria est, dominium amittit, quòd si aliena, rem restituit, & ultra in rei estimatione damnatur. l. si quis in tantam. C. vnde vi. Quæ primo ampliatur, vt non modò in rebus immobilibus, sed & in mobilibus locum habeat. §. quia tamen. vi bonorum raptor. in Inst. Quamuis probabiliter dubitari potuif

xxix. Regula  
la.

Posseſſio bea-  
neſcij quo-  
modo occu-  
pari poſſit.

Quod in ele-  
ctuiselectio,  
in collatiuis  
collatio ope-  
ratur.

Exorbitans  
dispositio fa-  
uore animæ  
extenditur.

Constitutio  
l. Si quis in  
tantam.

IN §. NIHIL COMMUNE. ff. DE ACQVIR. POS.

315

potuisset, propterea quod lex si quis in tantam sub titulo unde vi inserta est, interdictum autem unde vi, non nisi preterbus soli detur. l. i. §. illud itaque. ff. de v. & vi armata. rursus extenditur, ut non tantum in rebus corporalibus, sed & incorporalibus, saltem utili condicione ex illa lege agatur. Accurs. in eadem l. si quis in tantā. Deinde in sacerdotijs: Si quis enim in sacerdotium aliquod per vim se intrudit, eo priuatur. c. eum qui beneficium. de prēb. in vj. cap. placuit. xvj. q. vj. Qua in re volo canonistam vnum diligenter adnotare, ut quanquam non sit alicui concessum sacerdotij possessionem temere, & suo sensu intrare, si tamen quis sacerdotij vacuam possessionem sua autoritate siue excutoribus, seu ante fulminatū processum intret, non per hoc ius suum perdit, splendida ratione. ¶ Nam tantum in sacerdotijs collatiis operatur collatio, quantum in electiis, electio. Panormi. in

c. dudum. colum. ij. de electio. docentes. in c. cum olim. de caus. poss. & proprie. Electus autem & confirmatus autoritate propria statim possessionem apprehendit absque periculo amissionis iuris sui: quare administrat ante installationem seu inductionem in possessionē authoritate superioris faciendam. cap. nosti. de electio. c. auaritiæ. eo. titu. in vj. Perusi. in d. c. eum qui. Plura nunc de ijs scribere in animo habebam, sed quæ occupationibus quotidianarum prælectionum impeditus, hoc loco prætermisi, alias & ociosius, & plenius persequar. Tu interim hæc tanquam occupationum nostrarum fulta, æqui boniç consules, & maiora propediem expectabis. Bene vale Præses integerrime, & nos, quod facis, ama. Tolosæ pridie Calend. Iulij, anno 1542.

F I N I S.

Possessio bea  
neficij quo  
modo occu  
peri posuit.

Quod in ele  
ctiis electio,  
in collatiis 71  
collatio ope  
ratur.

xxix. Regula  
la.

Exorbitans  
dispositio fa  
uore anima  
extenditur.

Constitutio  
l. Si quis in  
tantam.

IN A NINI COMUNIC

и сърдечната болест и душевните заболявания. Но възможността за лечение е ограничена от липса на известни методи. Възможно е да има и други болести, които са също причинени от химикалите, но това е неизвестно.

2114

Възможна е и химична болест, която може да се излечи със същите химикали, които я причиниха. Това е един от основните методи за лечение на химични заболявания. Възможно е да има и други методи, които са по-добри, но това е неизвестно.

Възможно е да има и други методи за лечение на химични заболявания, но това е неизвестно.



